

stus de radice intellexit, quæ vinacea facultate ferocitatē recreare potest, & cicu-
 riores morēsque; māfuetiores reddere ex vino pota. Est & quæ dicitur œnutta, qua
 cerui & canes inebriantur vt Helianus tradit, inde nomen. Sed ea sit nec ne non
 ausim affirmare. Dioscoridi onagra, & onothera quoque dicitur. Ophris duobus
 5 tantum folijs repræsēntatur, denticulato oleri similis. Vfus eius ad nigrandos ca-
 pillos. Ceratia vno tātū est folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dys-
 entericis medetur. Herba quædam faxis & mœnibus familiaris exit, quā Ma-
 cedones osteocollon, medici polygonion, aliqui talantion, vulgus *symphyton* ap-
 pellat. Hac tradunt dissectas carnes coalescere si coquatur vna, ideoque quod
 10 partium diuortia committat, & separata cogat, symphyti nūcupationem traxit.
 itidem quod ossa fracta ferruminet, osteocolli nomen accepit. Hæc perpetuo vi-
 ret, viuítque; folijs vidua, ramulos instar iunci pensiles, cirrosos, tenuioris procerio-
 risque; spartij similes spargit. Viridem eruunt, lectámque; vino cōcoquunt dum ter-
 tia liquoris pars supersit, quo veterina saluant Hispani, eoque; medicamine arce-
 15 dis morbis vtuntur, & ab ijs quæ manēt ea vitijs incommodisque; asserunt. si quid
 intus esse ruptum suspicentur, ab hac auxilium petunt. Hæc Apsyrtus & Hiero-
 cles memoriæ prodiderūt. Oxys, vt est Plinius author, folia terna habet. Datur
 ad stomachū dissolutū. Edūt qui enterocelen habēt. Ea putatur oxytriphylon. tri-
 folio simile est, longis tātum pediculis, tria summatim folia proferētibus, acido
 20 sapore, flore luteo, nonnunquam candido, in simplici stylo inter folia proficiente,
 rufo in lunatis siliquis fœtu, radice in transuersum longa & fruticosa. vulgus *pa-
 nem cuculi* appellat, officinæ *trifolium acetosum* & *alleluya*. Eo vtuntur ad neruorum
 dolores & dispescendos crassos humores. Pituitæ lentitiā digerit. Emendat ocu-
 lorum plumbaginem farina eius ex vino, item rupta.

25 **C** *Pastoris bursa. Pericarpum. Petilius. Phellandrium. Pbleos. Po-
 thos. Pfora. Pulmonaria. Cap. CXLV.*

P Astoriam bursam vulgus appellat, à folliculis in exiguæ vulgæ
 similitudinem compressis, turbinata cordis effigie. Herba non
 temere pede altior, ramosa, paruis crucæ folijs, semine in vulgis
 30 minuto, radice numerosa. Nascitur propter vias & in parietinis.
 Vis illi tribuitur astrictoria & refrigeratrix. Certe ex aceto trita
 collectionū inflammationes refrigerat, ac eo defluentes humo-
 res cohibet. Imponitur sacris ignibus, & quibus stomachus æstuat. Succus eius pu-
 rulentis auribus infunditur, cruenta sanat vlcera. Medetur dysentericis, sangui-
 35 nē excreantibus, neque; non muliebri profluuiio. Pericarpū bulbi genus est. eius
 duæ species Plinio, cortice rubro alterū, alterū nigro, papaueri simile, sed vis ma-
 ior quā priori, vtrique autem excalfaciendi, ideo contra cicutam dantur. Petilius
 flos est autumnalis circa vepres nascens, quinque foliorum, calyculo versicolori,
 instar rosæ syluestris. Petilia nomen petilio flori dedit in Lucanis autumnali, vt
 40 tradit Plinius, circa vepres nascenti. Tantum colore commendatur, qui est rosæ
 syluestris, folia parua, quina: mirūmq; in eo flore inflecti cacumen, & non nisi re-
 torto folia nasci, paruo calyce ac versicolore, luteum semen includēte. Is flos ab
 oppido Lucaniæ videtur appellatus, nisi quis credat ab Petilio Romæ luco: alio-
 qui petilus pro exili v surpatur Lucillio, à quo & nomē duxisse potest. Autumnū

exitu, iam appetente hyeme, flos perquam illustris mihi fuit demonstratus, sylue-
 stri simillimus rosæ, cuius calyx versicolori splendebat luteo, alabastro eiusdem
 striato, folijs senis octonisve, apicibus in medio crocatis, tam eleganti venustate
 flos, vt alios fere omnes rosea pulchritudine prouocaret, nullusque per autumnū
 visitur speciosior. Verum octona ostendebat folia, quod cultus diligentia ferendū
 erat acceptum, quippe lætis erutus erat hortis, non ieiunis vepribus. Herbæ folia
 per ramulos vtrinque digesta, parua, oblonga, in extremo mucronata, & leuiter
 fimbriata. Seri cœpit nuper apud nos. Is proculdubio petilius est, nusquam nobis
 antea visus. Flos minime fugax, ac diutissime vigor vitæque durat. nanque men-
 strua decerpto cum minimum mora: & si adesset odor, de primatu cum rosa cer-
 taret. Sed quoniam nullum in medicina locum habet, ideo ignobilis est. Phellā-
 drion nascitur in palustribus folio apij. Bibitur semen eius propter calculos & ves-
 icæ incommoda, nec de eo veteribus quicquam aliud proditum inuenio. Recē-
 tiores apio similem faciunt, non in palustribus modo, sed & opacis quoque monti-
 bus nascentem, radice glandosa, eamque iudicant esse quam officinæ *filipendulam*
 appellant, cuius farinam cibus comitialium inspergunt. In lotij stillicidio & vrinæ
 remoratu, neque non renum doloribus propināt. Eadem stomachi inflationes dis-
 cutiūt, medentur & suspiriosis & anhelantibus, & quibuscunq; morbis quos fri-
 gida causa concitauit. Herbam abscessu tertio calfacere & resiccare promittunt.
 Ab hoc sunt qui phellandriion eandem esse cum helioselino, id est apio palustri
 censeāt. Alij pro lauere accipiendam putant, glareosis ac perēnibus riuis enatā,
 apij folio, quam ad vesicæ incommoda coquendam authores præcipiant: sed eo-
 rum sententia satis superque in laueris mentione refellitur, à multis quoque an-
 tea explosa. Phellandriū à lauere distinguit Plinius satis, cum seorsum varijs vo-
 luminibus eas repræsentauit. Cæterum herba frequens in riguis & palustribus in-
 uenitur apij folio, sed aliquanto maiore, caule cubitali, comofo superne musca-
 rio, floribus luteolis aut candicantibus onusto, radice crassa, sublutea, capillamē-
 tis maioribus fibrata. Hæc herbarij nostri *siler aquaticum* nomināt, vt à seseli mō-
 tano distinguāt. Porrò ea priori phellandriio magis videtur astipulari, cum & na-
 tales picturæ Plinianæ subscribant, & folium suffragetur, neque plura saltem scri-
 ptis mandata reperi. Phleon, vt est Theophrastus author, nonnulli stœbā appel-
 lant. is non solum caulem habet aculeatum, sed & folium quoque hispidum, iuxta
 cuius spinas aculeos etiam condit, tam folio quam caule aculeatis, radice non in
 profundum acta. Germinat cum Vergilijs, primoque aratro vna, nec folia dimit-
 tit. etenim annicula illi vita, sæpeque bimatū excedit. Plinius phleon, quod aliqui
 stœben appellauere, spinam in folio & caule ferre tradit. Sed phlum à phleo lon-
 gè dissidet, cuius lanugine, vt inquit Theophrastus, ad lixiuiū mulieres vtantur,
 molle & placentaceum est, colore subrubido: fœminam in eo accipi quæ sit ste-
 rilis ad nexus idonea, mas prorsus habetur inutilis. Idem adfirmat in insulis flui-
 tantibus prouenire, partemque huius herbæ ab radice pueris cibo gratam esse, ra-
 dicem ipsam pecudum pabulo velli. In Aethiopia Arabiæ aduersa nasci phleon
 testis Strabo, flumine præsertim quod cinnamo semina disternat. In Orcho-
 menio lacu copiosum id haberi, à quo nomen phleos: etenim Græci φλωδι pro eo
 quod est fœcundum esse capiunt. hinc & Bacchum Phleona cognominabāt, au-
 thor est Helianus. Phlum Iulius Pollux nominauit, vnde phloinas veste in He- 45

rodoto quis legat & Pausania. Lupi pes Græci lycopoda nominat, herba est marrubio syluestri similis, folio lupini pedis effigie, dissecto, grauis odoris, caule anguloso geniculatoque, fungosa intus medulla, radice frequenti capillamento fibrata. Folia trita presentaneo remedio imponuntur dissoluto stomacho. Galli nunc patam lupinam, nunc herbam pectoralem, nunc manum sanctæ Mariæ nominant.

Pothos Theophrasto duorum est generum, alterum hyacinthi flore, alterum sine colore candidum, quo sepulchra coronabant, à quo & nomen, quasi desideratis esset dicatum. Floret estate, sed diuturnius est candidum. Plinio duo pothi genera, vnum cui flos hyacinthi est, alterum candidius, qui ferè nascitur in tumulis, diuturnius altero durat. nec de eo plura legi. Pfora Aëtio dicitur aut ab scabro herbæ habitu, aut quòd scabiei medeatur, cuius vstæ fumo arborum erucæ moriantur. Sed cum nominetenus eã prosequatur, non satis habeo compertum, an ea sit quæ vulgo scabiosa dicitur, quanuis vocabulū idem prætere videatur. quod si ita est, in montibus prouenit atq; vinctis, folio carnosso, multifido, sine spinis, flore specioso, diuturno, coloris ex cæsis candidantis, folijs longis, à pediculo laciniatis. Sunt qui eandē esse putent quæ phleos Theophrasto dicitur, euidenter reclamante pictura: cum ei frutex sit aculeatus, tū caule, tum folio, semine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratissima, non alibi quā in aquaticis nascens. Partem huius herbæ teneram ab radice pueris gratā esse tradit Theophrastus, radicē ipsam pecudum pabulo velli, copiosam in Orchomenio lacu. Nec satis constat, si, quæ vulgo scabiosa appellatur, stœbe fuerit Dioscoridis, cuius, vt vulgaris notitiæ, deliniationē prætermisit. Pulmonaria quam aliqui pepanum vocant, buglossi folio conspicitur, sed promisso magis, atq; læuiori, colore in super dilutiore, albicantibus maculis notato, instar pulmonis, inde nomen. nascitur in humidis. Volunt aduersus morbos visceris sui nominis peculiari esse remedio, in cibo sumptā vel potam. Alia tamen ab ea omnino est quam supra cōsiliginē diximus appellari, bubulcis & veterinarijs præclare cognitam.

¶ Rodora.

Cap. CXLVI.

Rodora Gallis appellata herba iuxta viduas populos prouenit, caule instar ficulneæ virgæ articulado, folijs vrticæ in medio exalbidis, quæ processu tēporis tota rubent, flore argenteo. Iuxta rompotinū arborē viduā vitæ nasci Plinius tradit herbā quam Galli rodorā vocāt, caulem virgæ ficulneæ modo geniculatā, folia vrticæ in medio exalbida, eadem procedente tēpore tota rubentia, florem argēteum. Præcipua contra tumores feruorēsque & collectiones per se vel cum axungia veteri tusa.

¶ Sanicula. Scopa regia. Scorpius. Seutlomalochon. Sida. Siler.

Sphacelos & Sphacos. Symphona.

Cap. CXLVII.

Sanicula herba in Gallia frequens sanicla vocabulo nobilis, folio vitis, aut apij, rubētibus in fine sectionum maculis quibusdam, furculis quoque rubris ad radicem, quæ nullis ei capillamentis fibrata subest, capitulis in summo frutice pusillis subnigrisque. Huius succum vulneratis in potu commendant: quare nostris in adagium venit vulgo iactatum, eos non egere chirurgo qui saniculam habuerint. Quid autem sit diplion Aëtio, qui ad authorem id refert

Aretæum, haud scio. Terendum cum aqua, inquit, in anginae morbo diplium, & subiecto linamento imponendum pectori, quoties præfocatio timetur, nisi forsitan diapyron, quod ferè suspicor, legendum sit: ad quem vsum imprimis polle-
 re tradidimus in consiliginis mentione, nempe strangulans anginarum virus ad se confestim euocat. nec rura nostra in pecuario genere aliud præsentius norunt au-
 xilium, cum ad fauces vel pulmones vitium decubuit. Vidi medicum pulmonis causarium, qui post tentata innumera fere remedia deploratus occumbebat, an-
 nos aliquot trita herba & pectori agglutinata vitam prorogasse. Quid veteribus fuerit fanicula comperies in ranunculo. Nomen à sanandis vulneribus traxisse vulgo constat. Scopam regiam Latinis dicit Dioscorides appellari herbam quæ
 Græcis nominatur bunion, caule quadrangulo, apij folio, flore anethi, semine os-
 dorato. Ea excalfacit & vrinam ciet. Alij demonstrant ramis oblongis, folijs ex interuallo lactucinis, sed rigentibus & lanuginosis, flore luteo, radice promissa, tenui. Plinius sideritim, quæ sit latissimo folio, scopam regiam vocauit, vulne-
 ribus præcipuam, quæ etiam precisos nervos glutinare possit, Galli *carpentariam*:
 eius rei causa capentorum officinis non ignotam, quod vulneribus securi vel do-
 labra acceptis statim ea medeantur. Idem quoque violam esse regiam scopam tradit, violentum spirantem odorem, sed hoc folijs non floribus. Ex argu-
 mento nomen accepit scorpius herba, semen enim habet ad similitudinem cau-
 dæ scorpionis, folia pauca. Valet aduersus animal sui nominis. Est alia eiusdem
 nominis effectusq; sine folijs, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde
 nomen. Spina est in totum scorpio siue nepa quibusdam dictus: nullum enim fo-
 lium habet, sed vice eius aculeum, radice singulari eademq; breui cohæret. Post
 æquinoctium autumnii floret nepa siue scorpius, qui in carne extuberante sub ex-
 tremo aculei florem profert, per initia candidum, postea leniter accedentem ad
 purpuram. Est longe ab ijs differens cognomento scorpius, graminis modo na-
 scitur, cauliculis quoque geniculatis, cyclamini folio, radice leniter hirsuta, scor-
 pionis effigie, quæ arida paulum incuruatur scorpionum modo, quare scorpium aliqui
 vocauerunt. Loca amat umbrosa. Huius radicis tactu moriuntur scorpiones, reuiu-
 scunt autem si candido linantur elleboro. Eadem omnem quadrupedem exanimat im-
 posita genitalibus, alioqui valet contra sui nominis animal pota. Sed hæc herba ac-
 niti generibus adnumeranda, vt suo loco docendum erit. Seutlomalachon reces
 Græcia fecit olus, quasi dicat maluaceam betam, quod vt reor parietum adulterio
 natum existimet, veteribus inauditum, forte quod figura & denticulato seminis
 habitu betam, & mollitia maluam mentiretur. quod si ita est, neotericis omnibus
 tritissimum, ab insigni spiculorum seminarium nota spinaceum vulgo dictum putant.
 Olus caule cubitali, folio primum triangulo, mox intubaceo, sapore inertis, semi-
 ne aculeato, sine flore, radice multiplici, culto qualicumque solo proueniens, foemi-
 na quidem floret sed sterilis est. Errant qui blitum esse credunt, cum blitum folio
 ocymum representet, omni in parte seminosum, cacumine spinoso, ex quocunq;
 alarum sinu erumpente seminio, læui, nequaquam spinis horrete. Stomacho inuti-
 le. Molliendæ aluo præstantissimum. Aduersus scorpiones bibitur ex vino. Illini-
 tur pedum clavis: item lienibus & temporum dolori ex aceto. Ius herbae neque
 non decoctum abijciuntur, eoque quod superest, muliebri cohibetur profluuium.
 Seritur Septembri mense non horrens hyemis frigora, vt verna ieiunia saturet.

Mirum, olus tam frequens, mensis'q; quotidiano v'su dicatum, veteribus intactū
 fuisse. Mauritanæ factionis principes *Hispanicum olus* appellauere, forsitan q̄ inde
 primum duxerit originem, ad cæteras tandem nationes translatum, de quo plu-
 rima in blito differuimus. Recentiores Græci *spanaciã*, vt putant nōnulli, ab ole-
 5 ris raritate dixerunt, vel ab alijs (vt est simile veri) nationibus emendicato *spina-*
cei nomine. Nec me fugit Mauritanos *molochiam* & *marinū* atriplicem *halimū*
 vocitasse, quem olitores vicatim circumferentes v'enalem *molochiam* in manua-
 les fasciculos digestam non taciti clamitant. Vnde *alimum* nonnulli sine afflatu
 aut aspiratione scriptitāt, quòd famem arceat, tam mirabili si credamus effectu,
 10 q̄ admorsa ea fames interdium nulla sentiat. An fuerit aliquod eius genus alibi
 videndum erit. nanque permultæ illius reperiūtur veteribus species. *Sida* plan-
 ta est lacustris in *Orchomenio* lacu frequēs, papaueris similis, roseo flore, vascu-
 lo mali amplitudine, cãdidis membranis obducto, semine intus rubro, gustu tri-
 ticum æmulante. Caput & folia super v'ndas emicant, mox cum defloruit, incli-
 15 natur in vadū, semēnq; spargit. *Sidam* papaueri similē tradit *Theophrastus*, ta-
 léq; caput ferre, sed amplius aliquāto mali magnitudine, nec id quidem nudū vel
 apertum, sed candidis intectū membranis, hísq; folia quaterna foris virentia, ro-
 sis proxima, quæ adhuc in calyce continentur. Id caput, cum dehiscēs panditur,
 grana rubra ostendit, exigua, orbiculata, papaueris figura, nec multo milio ma-
 20 iora, quæ mansa dilutum tritici saporem reddunt. Grandescit æstate, pediculóq;
 paruo nititur. Flos alabastro rosæ similis, sed qui dupla ferè magnitudine gran-
 descit. Florem & folia super v'ndas emicare confirmāt, móxq; cum defloruerit,
 compilato iam fructu in aquam mergi, imúmque vadum petere vt semen fundat.
 Fructificare in *Orchomenio* lacu *sidam* memoriæ proditum est, quæ cibo ido-
 25 nea est, folia ouiu' pabulo grata, germina suillo pecori, fructus hominibus estur.
Sidam *Bœoti*, vt *Athenæus* refert, *punicū* malum vocabant, à loco qui hoc mali
 genere scatebat. Addit, fruticem *punicæ* mali similem circa lacum *Orchome-*
nium prouenire, cuius frondem oues pascūtur, germina sues. cognominē quoq;
 huic in *Nilo* nasci sine radice. *Siler* non nisi aquosis prouenit, molle *siler* à *Poe-*
 30 ta dictum. Frutex qui nonnunquam arboreseat, vt *baculos* rustici ex eo faciant,
 in aquaticis nascens, quasi *pumila* salix, cuius etiam generibus annumerari cre-
 ditur. *Sileris* folia illita fronti, capitis dolores sedant. Eiusdem semen tritū in oleo
phthirias coerces. Serpentes hūc fruticem refugiunt, baculúmque ob id ex eo
 rustici gerunt. Oborta officinis confusio, *siler* pro *seseli* vocantibus. *Seseli* frutex
 35 non est aquaticus, quod quidem aliqui distinguere putantes, non *siler* sed mon-
 tanum *siler* appellauerunt, id quod est *Massiliense* *seseli*. *Sphacelos*, vt *Theo-*
phrastus inquit, differt à *saluia*, quòd hæc mitior est, illa syluestrior. *Sphacelo* fo-
 lium breuius & læuius, *saluiæ* squalidius & scabrius. *Sphacelus* itaque folio est læ-
 uiore cōtractioriq;, ac minus squalido, folijs rugosis, incanis, odoratis, purpureo
 40 in spica flore. Suffitu mensium sistit profluuia. Tradit *Agrippa* lænas eam esse
 ad conceptus facilitatem. Habetur plerisque hoc in confesso, mulierem quæ pau-
 lo ante concubitu, huius succum acetabuli mensura cum momento salis hau-
 serit, concepturá. In *Copto* *Aegypti* pestem ferunt innumeros mortales rapuis-
 se, reparatámque multitudinē, coactis mulieribus hac vel *saluia* vti. *Orpheus* san-
 45 guinis excreationes cohibuit, propinando huius succi ligulam cum mellis v'ncia.

Fiunt & ex hac & nardi spica catapotia tabescentibus vtilissima. Herba ex vino cocta cōtusis illinitur. Decocta resolutioni neruorū medetur. Item comitialibus auxilio est. Per se sumpta emortuos trahit partus, auriūmq; & vlcerū vermiculos. In summa, eadem quē & vrbana salvia potest. Sphacos, siue spagnos, siue bryon, in Gallia, vt Plinius est author, nascitur, vuluis infidentium vtilis: item genibus & feminū tumoribus, mistus nasturtio & aqua falsa tritus. Cum vino & resina succus potus vrinā pellit celerrimē. Hydropicos inanit cum vino & iunipero tritus & potus. Symphonam, quam alij cromphenā, Plinius repræsentat alternis viridibus roseisq; per caulem folijs, eamque in posca sanguinem reijcientibus mederi. Eadem colorum varietate placet apud nos hortensis herba, quam Galligenesiam, alij helesiam vocant, betæ similitudine, nisi q̄ singula folia bicoloria sunt, partim rubra, partim herbacea. Vim habet præsentaneā contra comitalē morbū & deliriū menstruū, radice cortice quantū manu teneri possit cum æquali cētaurij minoris & origani portione, neq; nō piperis triginta granis vnā contritis propinatīque triduo. Symphoniacæ herbæ meminit Palladius. nam, si cerasus æstus Canicularum fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta imum caudicem cubile fieri. Sed hęc Apuleius apollinarem interpretatur, quam hyoscyamum appellāt Græci, cui satis præcedens Palladij remedium astipulatur, præcipientis per æstus sæuientis Caniculæ trium fontiu singulos sextarios sumptos post solis occasum radicibus cerasi arboris influere, sic ne remedium luna deprehendat. Sed de hac symphoniaca nō nihil alibi dictum est.

¶ Therionarca.

Cap. CXLVIII.

Therionarca inde nomen inuenit, quod serpentibus torporem inferat, frutex est folijs subherbaceis, roseo flore. Plinio alia traditur, quam magica, in nostro orbe nascēs, fruticosa, subviridibus folijs, flore roseo. Serpentes necat cuiusq; admota fuerit, & hęc torporem adfert.

¶ Veneris pecten. Vettonica coronaria.

Cap. CXLIX.

Veneris pectinem appellāt à similitudine pectinum, cuius radix cum malua tusa omnia corpori infixæ extrahit. herba repræsentatur radice candida, coliculis semipedē altis, aut paulo maioribus, folijs pastinacæ sed tenuioribus, flore albo, exili, dependentibus summatis compluribus rostellis, in mucronem turbinatis, & pectinatim inter se disiūctis. Rura nostra simul & officinæ, quod mucrones rastellorum modo ex serie quadam dentati promineāt, rastellum, vel quod idem est, *falcetum* appellare maluerūt. Inter segetes copiosa nascitur. Vettonica coronaria, quam Galli ab specie floris, vt arbitror, *ocellum*, ab odore *garyophylleam* nominant, folijs est porraceis, oblongis, per extremum mucronatis, concoloratu cæsijs, teretibus cauliculis, sesquicubitalibus, geniculatis, coeuntibus pyxidatim internodijs, floribus omnium speciosissimis, caryophyllorum odoratu, sed longè suauissimo, quandoquidem alius cocco rutilat, alius saturata nitet purpura, alius emaculato blādatur colore, alius versicolore variatur cōmistu. Omnibus teres longiusculūsq; calyx spectatur, orbiculo superiore den-

ticulatus, à quo quina senave folia prodeunt, lentè quidem fimbriata. Nonnulli
 tamen flores frequentiore coma stipantur, geminis vtrinque emicantibus stami-
 neis apicibus, radice promissa, simplici, geniculata. Congeneres ijs sunt flores, sed
 sylvestriores, quos vulgus modo *barbarios*, modo *armerios* vocat, quèadmodum
 5 priorem illum *ocellum Damascenum* appellari existimat, quòd fortasse è locis qui-
 bus gentilitium nomen referūt, ad nos venerint. Vernæ tamen mihi potius her-
 bæ quàm translaticæ videntur. Sed quæ in parietinis passim cõspicitur, fera ma-
 gis sit, & volūtaria: altera verò, licet à priore oriunda, velut altilis & in totum læ-
 tior, quòd cultus mangonio subinde componatur. Quæ in macerijs est familia-
 10 ris, spõte naturæ crescit: cuius species duæ, coloris discerniculo insignes, candidi
 & purpurei. Floret vtraq; primum herbaceo calyce, quo mox intumescente, &
 in virides alabastros fastigato paulatim dehiscēs sese pandit, in calycis medio sui
 cõplexa cæruleos apices. hæc hortēsem sæpius æquat, nec ab ea nisi feritate qua-
 dam dissidet. Non desunt, qui credant olitores radicibus caryophyllon adegisse,
 15 vel factis stylo foraminibus inseruisse, quo iucundum illum odorē flores alliciāt,
 & caryophyllorū suavitatem expirantes naribus repræsentent. Sic ex flore mi-
 nus odoro quàm odoratissimum, & ex fera sylvestriq; herba mansuetā fieri, quæ
 iucundo odore caryophylli suavitatē mentiatur. Sic gētilem, vt arbitrantur, hu-
 manū effecit munus nouitatis semper studiosum, vti non minus odoris iucūdi-
 20 tate q̄ formæ lenocinio placeret. Vfus eorum in coronis prope nimius. Maximè
 durat is flos, sed ita si diuulsus crebro prohibeatur in feminibus. Nascitur locis
 tepidis. Odor idem qui garyophyllis, atque inde cognomen. Sunt qui cœnanthen
 esse putāt, quòd odor viti florenti proximus, aliquando suauior, neq; adeo nares
 feriens, aut caput tentās. Floret vbertim cum vite, vnde cœnanthē, quasi vitiflo-
 25 ram putant dictā Theophrasto. Narcissum cœnāthe sequitur, & vere post eū flo-
 ret. Plurimūmq; durat, si diuulsa prohibeatur sementescere, solūmq; nāciscatur
 apricum. nanq; vt idem est author, annua sicut violæ nigræ duratio, si diligen-
 tia cultus adhibeatur. Et ea quoq; floribus addicta est, naturaq; ei herbacea. Cæ-
 terū flos cœnanthæ candidus, racematim cohærens vt labruscæ: huic magna ex
 30 parte purpureus, interdum albus, sed in purpuram leniter inclinatus, qui potius
 in pulcherrimas rosas dehiscat, quæ secretæ sint, nec vsq; vnà videantur in race-
 mosam speciē colligi, sed vertices surculorū priuatim coronare, quanq̄ duratio
 in annū ferè prorogetur. Altilem puto betonicā Theophrasti ætas non nouerat,
 in qua per summa ramusculorū flores in rosas iustas sese pandūt, in calycis me-
 35 dio apices incuruos cõplexi. Sola huic cœnanthæ duratio fauēs respõdet. Quan-
 do cæteris floribus coronarijs plerūq; menstrua, sesquimēsis, sæpius ad summum
 trimestris adsit vita: is vernas, æstiuas, autumnales hyemalésq; struit coronas, neq;
 temere nisi sesquimēse filet herba. Sed mirum creditu, vt tam celebris flos tamq;
 iucundus, fuerit à veteribus silentio prætermisus, qui amplitudine, pulchritudi-
 40 ne, varietate, rosa nō inferior videri possit, imò cū ea de principatu certet, quādo
 nec colore superatur pupureo, candido, vermiculato: nec odore, nisi q̄ à lōgin-
 quo plus olet recēs rosa. Iam nihil rosa fugacius, lōgissima nanq; decerptē mora
 dies: illi in quadriduū & amplius vita vigórq; durat aliquibus, potissimū damasce-
 nis. Tāta magnitudo olitorū cura, vt orbē vtraq; manu cõplecti fere nequeat, fo-
 45 lia quaterna quinave, nōnullis rosæ modo numerosa, mirabili quorūdā alabastro

culturæ ratione, qui dehiscens ipso staminū loco alabastrum ostēdit, aliā panden-
 tem se paulopost in florē, calyculo priore cōsenescēte. Non defuere, qui baccarē
 id genus esse floris existimēt, sed sylvestris toto herbę habitu apertissimè reclamā-
 te. Alij calthā veteribus fuisse putant. Sed cū Virgilius nobis luteolo colore tinctā
 cecinerit, nec Virgilius à Plinio dissentiat, non video quī possit ita statui. Semine
 rarius feritur apud nos, sed olitores nostri ineunte autūno sobolē à radice copio-
 sam eruūt, & patulis fictilibus aut turbinibus cadorū pangunt in terra fimo putri-
 faturata, & cū hyemis gelicidia premūt, recōdūt sub tecta locis à frigoribus tutis.
 Sed cū serenat cælū, feruidūsq; sol illuxerit, reuocāt in apertū, illi cq; sub dio sinūt
 apricari, & cū incesserit pluuia aliquātisper madescere, imbrēmq; haurire cęlestē. 10
 Sæpe in cælis vinarijs totā fruticare vidimus, hyeme fauente loci tepore & flores
 interdū parere. Nōnulli in areis ramulos radice vultos figūt, & per hyemis frigora
 lætamine muniūt quo possint ab iniuria cæli gelātis asseri. nam apricis plurimum
 gaudēt, & solis illustratu lætantur. Vnum quod nobis non videtur omittēdum,
 sæpe enim vidimus herbā vno anno florē parere candidū, altero purpureū, tertio 15
 colorū varietate promiscuū. Et quod mirabilius videri possit, ramū eundem ni-
 ueū & vermiculatum promere florē, tam prona huius herbæ natura, vt flos albus
 in purpureū, & purpureus in candidum studio cultus aut vbertate cōmutātis soli
 degeneret. Sunt qui parētis aut auitæ nō obliuiscantur naturæ, progenitricis so-
 bolis non immemores. Acetum flos iucundo sapore commendat. Nanq; florum 20
 folia detractis vnguibus macerantur in sole vasis vitreis. capita foliorū partēsq;
 candidæ vocantur vngues. Vires in secunda bettonica dictæ sunt.

¶ Xylon.

Cap. CL.



Xylon, quē aliqui gossipion nominant, frutex est exiguus laniger,
 palmæ folio, similē barbatae nuci gignens fructū, cuius in exterioribus 25
 tri bombyce lanugo netur in linum cādidiſſimum mollissimūmq;
 quod *cotonium* vulgo vocamus, vt lanuginē ipsam *cotonū*. Plinio su-
 perior pars Aegypti in Arabiā vergens gignit fruticē quem aliqui
 gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Fruticulus similem
 barbatae nuci defert fructū lanugine plenū quę netur, nec vllū lini genus est quod 30
 huic cādore & mollitia præferatur, quanq̄ firmitatis in eo parū. Ea nux cū hiascēs
 fatiscit, lanuginis globos repræsentat, qui nēdo sunt. Hoc iam in Gallia nasci au-
 dio ex Italia delatū. A mali cotonei credo similitudine id quod in eo gignitur, aut
 à pocilli forma, vulgo cotone vocamus. aliqui githonē à gith, cui similē ferè ge-
 rit in capite folliculū, appellāt. Pomū vidimus sæpe, quod cū patēs dehiscebat, in 35
 culcatū flocci glomus detegebat. Gignitur & in quadā arbore, cuius folia ni mino-
 ra essent, vitiū plane poterāt videri, cucurbitis cotonei mali amplitudine, quæ ma-
 turitate ostēdūt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo texūt. Theophra-
 stus lanigeras Indiæ arbores demōstrat mori folio, corpore autē cynorrhodi. Fo-
 liorū succus medetur infantiū torminibus, semen tussi & pectoris vitijs. Oleo eius 40
 emaculātur létigines. Nō est silētio dissimulandū, quod Pausanias posteritatis me-
 moriæ mandauit, seras vermiculos vel bestiolas esse, è quibus sericū vellus meti-
 tur, è quo pretiosas vestes texūt. Ratio faciūdi talis, Bestiolæ, quas seras appellant
 Græci, amplitudine sūt scarabei maximi, cętera araneorū sub arbore telas ordiētū

similes, illorumque more octonis habet pedes. Has seras populi struclibus domibus nutriunt per hyemem & aetatem, panico ad quadriennium alunt, quinto anno arundine recenti, quam praedulci pastu avidius carpentes dissiliunt, alioqui non ultra eum finem victuri. Erutam vtero bombycem peccunt, multo fertiliorē quā viuentium detractam pedibus. Seres ipsi in Aethiopia sinum rubri maris intimum colunt, vel, ut alij (inquit) placet, in Scythia Indis cotermina, quā insula iacet Seria. An verum falsumve dicat nihil contendo, scio & ab alijs de hoc iactata: illud tamen testari possumus, vermiculos in Gallijs tam multos ali in Turonensi maximē agro, ut non alia re proventus quibusdam maiores constant: sed hos non panico, non arundine, sed mori folio vesci. ob id multis locis plantaria sunt eius arboris frequentia. Ii praesertim albæ mori fronde pastu sericeum vellus, quo turget vterus, pedibus explicantes nent, & coesto glomeri se condentes emoriuntur. Semestris tantum illis apud nos vita, prorsusque ante completum annum, cum suum nendi obierunt opus, efflant animam, relictis ovis quibus sua rediuvia proles sequente anno renascatur. Sunt tamen qui ascitis sibi alis in volucres papiliones degenerent. Nostri sericeos vermes vocant. Bombyces Iulius Pollux esse vermes adfirmat, a quibus araneorum modo fila nentur, quæ in vestes textantur. Aliqui Seras tradunt populos eorum velle-
 ra demetere, quibus telas pretiosas ordiantur. Lanificio eorum recentior gratia in quibusdam medicamentorum compositionibus vitur: sed antea quā cortinas vel colorem ea bombyx experiatur. cataxam Aëtius & Actuarius vocant, nostræ nunc officinae setam crudam, rectius, si crudum sericum nominarent.

¶ Ratio solaris & lunaris.

Cap. C L I.

A Dicienda lunaris solarisque ratio in ijs duntaxat quæ ad stirpium naturas pertinet. Siquidem, ut Democrito placet, omnia quæ ceduntur, carpuntur, tonduntur, innocentius decrescente luna quā crescente fiunt. Ea in coitu non cernitur, quoniam haustum lucis auersa, quā a sole foeneratur, in ipsum regerit a quo acceperat. Sed, quod possint intelligere rustici, quoties ab occidente sole cernitur, prioribusque noctis horis lucebit, cresces erit, & oculis dimidiata iudicabitur: cum vero occidente sole orietur ex aduerso, ita ut pariter aspiciatur, tunc erit plenilunium. Quoties ab ortu solis orietur, prioribusque noctis horis detrahet, & in diurnas ostendet, decresces erit, iterumque dimidia: in coitu vero, quod interlunium vocant, cum apparere desierit. Porro mirum est formicam sentire vires syderis interlunio semper cessantem. Praeterea tam facile intelligitur, quod formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Quin & scarabeus omnibus cognitum animal, totidem digitis vel potius pedibus innititur quot mensis diebus constat, in quibus exoriens sol suos prosequitur cursus. Is solis & lunæ coitum nobis aperte demonstrat: quandoquidem ex bubulo stercore pilulam ab ortu ad occasum rotando versans, in orbis imaginem effingit, quā vigintiocto diebus facto humi scrobiculo adobruens, tantisper celat dum signiferum ambiens luna ad intermedium reuertens si-
 leat, apertoque tum orbiculo, coitus syderum denuncians, novam prolem ædit. nec aliam nascendi novit originem. Nihil hac volucris bestiola frequentius occurrit, Græci cantharum, Latini scarabeum, aliqui pilularium, rura nostra fodimerdam appellat. Cynocephalus mas, quem aliqui canicipem interpretantur, usque adeo silentis lunæ vices do-

let, vt intermenstruo, dum orba lumine delitescit, nec intuetur, nec comest, sed tanquam raptum syderis lugens, demisso in terram vultu, insolentem fatetur tristitiam. fœmina vero absentis refricans desiderium, interlunio mœret, illuni forte non contēta, inde conscita oculorum cœcitate non prius eliberatur, quàm menstruus sanguinis cursus erumpat. hæc Horus Apollo Niliacus. Præterea foricum fibras respondere numero lunæ diligentiores exquisuere. Iumentorum quorundam in oculis morbi cum ea increscunt & minuuntur. Iam quidem lunari potestate ostrearum, conchyliorumq; & concharum omnium corpora augeri & rursus minui certum est. quare Lucillius dicere solebat, Luna alit ostrea & implet echinos, muribus fibras & pecu addit. Eadem autem ipsa quæ crescente luna gliscunt, deficiente defiuunt. Aelurorum quoque oculi ad easdem vices lunæ aut ampliores fiunt aut minores. Id multo mirandum est magis, ælurum marem, vt Horo placet Apollini, solis vices sentire, mutarèque pupilas oculorum syderis cursu. siquidem diluculo in exortu protenduntur, eadem meridie contrahuntur in orbem, occasu solis obscuriores hebetescunt. Ceterum faba frugū sola exesa repletur crescente luna. Nec admiratione caret quod apud Plutarchum legitur, Cepe tum reuifescit decedente luna, contra autem inarescit adolescente. solum enim olerum omnium contra lunæ augmēta damnaque vices habet augendi minuendique contrarias. Id esse in causa dicunt sacerdotes Aegyptij, cur Pelusiotæ cepe non edant. Non sunt dissimulanda silentio lunæ præfagia. Tertia aut quarta vt obseruauit Aratus, si splendēs exorta puro nitore fulserit, serenitatem: si rubicunda, ventos: si nigra, pluuias portendere creditur. Si plenilunio pura lucebit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescens, imbres. In quinta cornua eius obtusa caliginosaque, imbrem denunciant: erecta & infesta, ventos semper portendunt. Cornu eius septentrionale acuminatum atque rigidum, illum præfagit ventum: inferius, austrum: vtraque recta, noctem ventosam. Si quartam orbis rutilus cinget, tempestatem præmonebit. Si plenilunio corona nigricans ambiat, imbrem promittit: si gemini cinxerint orbis, maiorem tempestatem: & magis si tres erunt aut nigri aut interrupti. Nascens luna si cornu superiore obatro surget, pluuias decrescens dabit: si inferiore, ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio præmonstrat. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxime splendebit; ex ea ventum ostendet. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam declarat tempestatem. Capiuntur & à sole præfagia. Purus oriens, vt idem tradit Aratus, serenum diem nunciat. Si ante eius exortum nubecula spectetur, serenitas ostenditur. Si circa occidentem obuersantur nubes, serenitatem spondent. Si & occidit pridie serenus & oritur, tanto certior fides serenitatis. Purus citra nubes occidens, futuræ diei serenitatem prædicit. Si sine nubibus sol occidat purus, postea nubes rubræ interueniant, neque nocte neque postero die pluet. Si circa occidentem eum nubes contractæ rubescunt, imbrium securitatem pollicentur. Si oriens sol vel rubescit vel nigricat, imbrem portendit. Cum oriente sole radios atra nubes opacat, imber nunciatur. Si occidēte sole sinistra parte nigra nubes obumbret, statim imbrem oportet expectare. Concauus oriens pluuias prædicit: item ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quòd si nigræ rubentibus interuenerint, & pluuias. Cum orientis atque occiden

tis radij rubent, coire pluuias significant. Si circa orientem rubescunt nubes, serenitatem future diei spondent. Si in exortu spargentur partim ad austrum, partim ad aquilonem, licet pura circa eum serenitas sit, pluuiam tamen ventosq; significabunt. Si in ortu aut in occasu contracti cernentur radij, imbrem. Si in occasu eius pluet, aut radij in se nubem trahent, asperam in proximum diem denuntiabunt tempestatem. Cum oriente radij non illustres eminebunt, quanuis circumdati nube non sint, pluuiam portendent. Si ante exortum nubes globabuntur, hyemem asperam præfagiunt. Si ab exortu repellentur, & ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquunt, tanto turbidior tempestatem erit. Si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu fiet, maxima ostendetur tempestatem. Si non abibunt, sed incumbunt, à quocunq; vento fuerint, eum portendent. Si à meridie, & imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus. Si totus defluerit, serenitatem dabit. Si in ortu longe radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiam significabit. Si ante exortum radij se ostendent, aquam & ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis leuem minantur tempestatem: si nebula, vehementiorem: si candente sole, ventum. Si ater circulus cinget, ex qua regione is eruperit, ventum magnū portendet. Cum repente stellarum fulgor obumbratur, vti neque nubilo neque caligine fluitans, graues denuntiantur tempestatem. Si volitare plures stellæ videbuntur, quò feruntur albescentes, vêtos ex ijs partibus nunciât. At si circa puræ stabunt, certos: si in partibus pluribus fiet, monstrâtes ventos effundet: si stellarum errantium aliquâ orbem includerint, imbres. Arcus cū sunt duplices, pluuias nunciât: à pluuijs, serenitatem nõ perinde certam. Circuli nõ circa sydera, pluuiâ. Cum æstate vehementius tonuerit quàm fulserit, ventos ea parte denūciat: cõtrâ, si minus tonuerit, imbrẽ. Cū sereno cælo fulget, pluuiæ sequetur & tonitrua, & hyemabit. atrocissimè autẽ, cum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Cū ab aquilone tãtũ, in posterum diẽ aquam portendit: cū à septentrione, ventũ: cū ab austro nocte serena fulgurauerit, vêtum & imbrẽ ijsdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventũ significât, imbrẽ meridiana. Nubes cum sereno cælo feruntur, à quacunq; parte id fiet, expectentur venti. Si eodem loco globabuntur, appropinquãte sole discutientur, & hoc si ab aquilone fiat, vêtos: si ab austro, imbres portendet. Sole occidente si ex vtraq; parte eius cælum patet, tempestatem significabunt. Vehementius atræ in noctem, ab oriente aquam minantur, ab occidente in posterum diem. Nubes vti vellera lanæ sparsa ab oriente, in triduũ aquam præfagient. Cum in cacuminibus montium nubes confident, hyemabit: si cacumina pura fient, differenabit. Cælo quanuis sereno nubecula, licet parua, ventum procellosum dabit. Nebulæ è montibus descendentes aut cælo cadentes, vel in vallibus sedentes, serenitatem promittunt. Ab his terreni ignes proxime significant, pallidi nanq; murmurantésque tempestatum nuncij sentiuntur. Pluuiæ etiam si in lucernis fungi. Si flexuose volitet flamma, ventũ. & lumina cū præ se flammam elidunt, aut vix accenduntur. Item cū in eo pendentes coaceruantur scintillæ, aut cum cõtentus ignis è se fauillam discutit, vel cum cinis in foco concrefcit, & cum carbo vehementer perlucet. Præfagiunt & animalia. Nanque, vt Græci testantur authores, noctua in nocte garrula serenitatem denūciat. Sic cornices coruique, si mansue-

to singultu glutientes & gregatim conuenientes, quasi mutuo congressu læte
 clangorem dabunt, serenitatem præfagiunt. Aues lacustres & marinæ continen-
 ter sese perfundentes, tēpestatem augurantur. In olla vel aheno emicantes scin-
 tillæ imbres declarant. Cornix in litore caput abluens, vel innatans tota, noctūq;
 vehementius garriens imbres portendit. Cortales gallinæ, & cæteræ aues quæ in 5
 domibus oberrant, si frequenter saburrentur, seq; in puluere concutiant, gemitu
 pluuiã fatentur. Corui graculiq; concursantes, si clangore quodam singultientes
 obstrepant. Item hirūdo iuxta aquam in stagnis vel amnibus cum clamore voli-
 tans, vt aquam penna sæpe percutiat, imbrem significat: item muscæ acrius pun-
 gentes, & anseres cum clangore pabulo auidius incūbentes, & aranei nullo im- 10
 pellente vento delapsi, nigricantes lucernarum flammæ. Sentiunt & præfagia
 aëris, pecora, vt ijdem perhibent Græci. exultantia enim & indecora lasciua lu-
 dentia, tempestatis significationem habent. Et boues cælum olfactātes, & in me-
 ridiem spectantes, aut vngulas lambentes, & cum mugitu in cubilia redeunt.
 Imbrem quoque denunciat lupus prope domos appulsus: & canes terram effo- 15
 dientes, & matutino vlulatu latrantes. Volucres in maritima refugientes tempe-
 statem præmonent. Grues celerius aduenientes hyemem futuram præfagiunt.
 Mures insolito stridore constrepentes tempestatem ominantur. Verum quo plu-
 ra concurrent ex ijs signa, eo certiozem euentum expectare conueniet. Delphini
 in tranquillo mari lasciuietes, flatum, ex qua parte veniunt, minantur: turbant 20
 tes aquam, serenitatem promittunt. Loligo volitans, conchæ adhærescentes,
 echini affigentes se, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranæ quoque
 vltra solitum vocales & querulæ, & fulicæ matutino clangore. Item mergi, ana-
 tésq; pennas rostro purgantes ventum designant, cæteræque aquaticæ aues con-
 cursantes: grues in mediterranea festinantes: mergi maria aut stagna fugientes. 25
 Grues silentio per sublime volantes, serenitatem portendunt. Noctua in imbre
 garrula: at sereno, tempestatem. Corui singultu quodam latrantes seq; suc-
 cutientes, si continuabunt, ventos: si verò carptim vocem resorbent, ven-
 tosum imbrem. Graculi à pabulis recedentes. Et cum albæ aues congregabun-
 tur, & cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentes 30
 sese, sed maximè cornix: quæ que in arboribus habitant fugitantes in nidos suos:
 & anseres continuo clangore intempestui. Ardea in medijs arenis tristis:
 segniter contra industriam suam absconditæ formicæ concursantes, aut pro-
 gerentes oua: item vermes terreni erumpentes. Pulmones marini in pelago plu-
 rium dierum hyemem portendunt. Montium sonitus & nemorum mugitus 35
 asperam tempestatem præfagit. Maris spumæ, aut aquæ bullantes: item cum si-
 lentio intumescit, flatūque altius solito, iam intra se esse ventos fatetur. Et si-
 ne aura quæ sentiatur folia ludentia, lanugo populi aut spinæ volitans, aquis-
 que pluma innatans. Trifolium quoque inhorrescere, & folia contra tempe-
 statem subrigere certum est. Vasa in conuiujs mensis que, quibus esculentum 40
 additur, sudorem repositorijs linquentia, diras tempestates prænunciant. Sed
 vt ad rem redeamus, æstate interlunia, præterquam biduo, secunda esse volunt,
 nec nisi æstiuis breuissimis que noctibus metui, non diebus item valere. Pleri-
 que dixere rorem inustum sole acri, frugibus rubiginis esse causam, & carbon-
 culi vitibus. quod ex parte falsum esse Plinius arbitratur, omnemque vredi 45

nem frigore tantum, innoxio constare sole. Id manifestum fiet attendentibus.
 nam primum omnium hoc non euenire nisi noctibus, & ante solis ardorem de-
 prenditur: totumque lunari ratione constat, quoniam talis iniuria non fit nisi in-
 terlunio, plenave luna, hoc est preualente. vtroque enim, vt tradit, habitu plena est:
 5 sed interlunio lumen omne quod a sole accipit, caelo regerit. Differentia vtriusque
 habitus magna, sed manifesta. nanque interlunio aestate calidissima est, hyeme ge-
 lida. Econtrario, plenilunio aestate gelidas facit noctes, hyeme tepidas. Alia Graecis
 authoribus ratio redditur. Aestate enim interlunio necesse est, vt cum sole nobis
 proximo circulo currat, igne eius cominus candens, eadem interlunio absit hye-
 10 me, quando abscedit & sol. Item plenilunio aestiuo procul abeat auersa soli, hye-
 me autem ad nos per aestiuum circulum accedat. Ergo per se roscida quoties al-
 get, illo tempore cadentes pruinæ congelat. Caeterum duo genera caelestis iniu-
 riae meminisse proderit. Vnum quod silente caelo serenisque noctibus fit, nullo
 sentiente nisi cum factum est, alijs rubiginem, alijs vredinem, alijs carbunculum
 15 appellantibus. Alterum quod tempestates vocamus, in quibus gradines, procel-
 lae, caeteraque similia intelliguntur: quae cum acciderint, vis maior appellatur. haec
 ab horridis syderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Haedis. Caeterum non est
 noxius lunae status ne noctibus quidem, nisi serenis, & omni aura quiescente. quo-
 niam neque in nube, neque in flatu cadunt rores, sic quoque non sine remedio.
 20 Sarmenta aut palearum aceruos, & euulsas herbas fruticesque, per vineas cam-
 posque cum timebis incendio, fumus medebitur. Hic & a paleis contra nebu-
 las auxiliatur, vbi nebulae nocent. Aquam sol deuorat, luna parit, alterum alte-
 rius iniuria deficit sydus. Sed ne adhuc a sublimibus recedamus, in coitu luna su-
 pra terras erit quandiu & sol, prima tota die. secunda horae noctis dextante sicili-
 25 quo, ac deinde tertia vsque ad quintamdecimam, multiplicatis horarum eius-
 dem portionibus. quintadecima tota supra terras noctu erit, eadem sub terris to-
 ta die. Sextadecima ad primae horae nocturnae dextante sicilicum sub terra aget,
 eademque proportionibus horarum per singulos dies adijcit vsque ad interlunium:
 & quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantum no-
 30 uissimis diebus adijciet supra terram. alternis autem mensibus triginta implebit nu-
 meros, alternis vero detrahet singulos. Diophanes nihil esse ferendum nisi cresce-
 te luna putat. E graecis alij a quarta ad decimam vsque octauam rationem inno-
 centius fieri contendunt: alij triduo tantum post intermenstruum sementem ten-
 tari iubent: alij tantum a decima ad vigesima consulunt, ne lumen cum plantis ad-
 35 obruatur. Verum inter viros doctrina per celebres conuenit, ferendi munus obeundum
 esse, cum luna sub terram agit: vt cedendam materiam, cum super terram discurrens fertur.
 Quapropter cum alia atque alia rustici sequi debent negotia cum subter terram quam
 cum super eandem agit, ita progredi necessarium idem existimat Diophanes, quo sciamus
 40 quantum a nouilunio ad trigesima supra terram cernatur, quantumque sub eadem
 delitescat. Itaque nouilunio dimidia hora nocturna ad dimidiam vsque diurnam
 agit. secunda die, a semisse noctis horae ad diei horam vnam. tertia, a duabus ho-
 ris & quadrante nocturnae horae, ad binas & quadrantem horas diurnas. quarta
 die, a tertia & triente noctis horae vsque ad tertiam & trientem horae diei. quin-
 ta, ab hora tertia & quadrante vsque ad diurnos consimiles numeros. sexta die,
 45 ab hora quarta & sextante nocturnae ad totidem horas & sextantem diurnas.

septima die, ab hora quinta & ferè sextante noctis horæ ad totidem diurnas. octaua, ab hora sexta nocturna & sicilique ad similem diurnam rationē. nona, ab octaua & dextante noctis horæ ad consimilem diei modum. decima, ab hora septima & sextante scrupulo noctis ad eundem diei numerū. vndecima, ab hora octaua noctis & octo portiunculis ad totidē diei. duodecima, ab hora nona & semisse nocturne vsq; ad eundem diurnū modum. decimatertia, ab hora decima sedecimq; portionibus nocturnis ad consimilem diurnā rationem. decimaquarta agit ab hora vndecima & triente nocturnæ ad respondentem diei mensurā. decimaquinta, ab ortu solis ad occasum agit sub terram, quo tempore diarium opus melius obitur. decima septima, à semisse horæ & portiunculis septēdecim diurnis ad eandem noctis rationem. decima octaua, ab hora diei secūda & quadrante ad consimilem noctis numerū. decima nona, à tribus horis diurnis & quadrante ad totidem nocturnas. vigesima, à diei tribus & quadrante ad consimilē noctis calculum. vigesima prima, à quatuor horis diurnis & dodrante ad noctis eundem numerum. vigesima secunda, ab horis quinque diurnis & sextante ad totidem noctis mensus. vigesima tertia, à sex horis & quadrante diurnis ad totidem nocturnas. vigesima quarta, à septem diei horis & sextante ad easdem noctis. vigesima quinta, à septem & semisse horæ diurnæ ad similem noctis supputationem. vigesima sexta, ab horis octo & besse diei ad eundem noctis numerum. vigesima septima, ab horis octo & dodrante diei ad eandem noctis rationem. vigesima octaua à decem diurnis horis & quadrante ad easdem nocturnas. vigesima nona, à nouem horis & triente diurnis vsq; ad nocturnas easdem. trigesima, ab ortu solis ab occasum sub terram agit.

☉ *Ratio syderalis.*

Cap. CLII.



Ardo temporum quadripartita anni distinctione cōstat, per in-
cremēta lucis. Augetur dies à bruma, & equatur noctibus verno
æquinoctio. deinde superat noctes ad solstitium, vsq; ad æquino-
ctium autumnī, & cū æquata die procedit ex eo ad brumā. Ho-
die bruma pridie Idus Decembres noscitur, quo die longissima
nox, diésq; breuissimus sentitur: æquinoctium quinto Idus Mar-
tij peragitur: solstitiū Idibus Iunij, diésq; longissimus est, nox breuissima. Quin &
ipsi dies raro non aliquos tempestatū significatus habent. Rursum hi cardines sin-
gulis etiamnū articulis temporū diuiduntur, per media omnes dierū spatia: quo-
niā inter solstitiū & æquinoctium autumnī, Fidiculæ occasus, qui autūnū inchoat.
Ab æquinoctio ad brumam, Vergiliarū matutinus: occasus, hyemē: flatus Fauo-
nij, venum tempus: initium æstatis, Vergiliarum exortus matutinus. Solstitium
hac ætate peragi Idibus Iunij diximus. Magnus hic anni cardo, magna res mū-
di, ex hoc ad brumam vsq; decrescūt dies, qui creuerūt sex mensibus. At sol ipse
ad aquilonem scandēs asper ardua emēsus, ab ea meta incipit flecti & digredi ad
austum, aucturus noctes alijs sex mēsis, ablaturūsq; diei mensurā. Discrimen
hoc indubitatis notis signauit natura. quamobrē eas manibus ipsis agricolarum
ingessit, vertiq; iussit ipsa die folia, & esse confecti syderis signū: nec syluestriū tan-
tū arborū remotarūmq;, ne in saltus deuios montesq; eundum esset quærentibus
signa: non rursus proximarū vrbanaarūmq; & quæ topiario vsu coluntur, quanq;

in ijs illa visantur. Vertit oleæ ante pedes fatæ, vertit tiliæ ad mille v sus petendæ,
 vertit & populi albæ etiam vitibus nuptæ. Adhuc parū est, inquit, vlmum vite do-
 tatam habes, & huius veterinorum pabulo versa folia stringis, stringens autem
 deputas. Aspice & tenebris sydus, alia parte cælum respiciunt, q̄ qua spectauere
 5 pridie. Salice omnia illigas humillima arborū, ipse toto capite altior, & huius fo-
 lia circūaguntur. Quòd te rusticū quereris, nō stat per me quo minus cælū intelli-
 gas, & scias cælestia. Dabo & auribus signū. Palūbiū vtiq; exaudi gemitus, trāsisse
 solstitium cantu ne putes, nisi incubantem videris palumbem. Sed & alia dicetur
 solstitiorum testimonia. nam & herbæ quædam, aues, & animalia peculiariter id
 10 indicant. Floret ipso brumali die suspensa in tectis arentis herba pulegij. Aristo-
 telem audito qui liriū, cepe, pulegium suspensa quoq; solstitio florere pronun-
 ciet. Miretur hoc qui non inuenerit ipso brumali die pulegium in carnarijs flo-
 rere, adeo nihil occultum esse voluit natura. Virio auis prodit ipso solstitij die.
 Quin & natura dedit, agricolis herbas horarū indices, vt ne sic quidem oculos
 15 suos à terra reuocent. Lupinū ab ortu ad occasum solē sequitur, etiā nubilo die
 solē prodens. Miretur hoc qui nō obseruet quotidiano experimēto, herbam vnā
 quæ vocetur cichoriū, qua rura scatent, abeuntē solē intueri, sempérq; omnibus
 horis cū eo verti vel nubilo obubrāte, florē exortu aperiri, & occasu claudi. tātō
 syderis amore flagrat, vt suo comitatu lustrās sæpe propriū caulē intorqueat, no-
 20 ctūq; solis desiderio se cōtrahit. Aequinoctio, si Horo credimus Apollini, cyno-
 cephalus animal simijs efferacius, aperte hac ratione demōstrat, q̄ interdiu duo-
 decies, noctūq; toties vrinā faciat, vnāquanq; diei horā lotij profusione declarās.
 Viola alba, ver nūciat: iris, æstatē. Codianū bis anno, vere & autumno floret. Se-
 riores aliquādo narcissus, & liliū, anemone. Sequitur heliochrysos, gladiolus co-
 25 mitatus hyacinthis. Heliotropiū autūnali floret æquinoctio. Sed ostendēdus natu-
 ræ annuus ordo. Fauonio flare incipiēte maritatur virescētia è terra. hic est geni-
 talis, à fouendo dictus, vt aliqui existimauere. Flat ab occasu æquinoctiali ver in-
 choās, gestiēte natura semina accipere, eóq; animā inferēte satis omnibus. tum
 enim ingesta genitalibus terrę locis animantur semina. Vergilias porrò notabiles
 30 in cælo stellas natura fecerat: non tamē ijs contenta, terrestres fecit alias, & rusti-
 cos miraculo sollicitans, inter suas herbas peculiare sparsit stellas, habent vt ante
 pedes Vergilias. In certis eę diebus proueniūt, durāntq; fœdere syderis, partūmq;
 eas illius esse certū est. Proinde quisquis æstiuos fructus ante illas seuerit, ipse fru-
 strabitur sese. Hoc interuallo & apicula procedēs florere fabam indicat, fabaq;
 35 florescens eam euocat. Conduntur apes à Vergiliarum occasu, sed latent vltra
 exortum, adeo vt non ante florentes fabas exeant ad opera & labores. Datur &
 aliud finiti frigoris indicatiū, Cum germinare videris morum, iniuriam postea fri-
 goris timere nolito. Olearum vitiūque conceptus exortu Vergiliarum, cuius
 quadriduo nihil rore sordere volebant, exhorrebat enim frigidum sydus Arctū-
 40 ri postridie occidens, & multo minus plenilunium incidere. Iterum cum Aquila
 exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibúsq;, si pleniluniū in eum
 incidat. Ostendunt & animalia syderum ortus. Auem pariam oriente Sirio ip-
 so die non apparere, donec occidat, tradunt. Orygem appellat Aegyptus ferā,
 quam in exortu eius contrā stare & contueri tradit, & velut adorare cum ster-
 45 nuerit. Nec mirum, cum Canis ortum sentiant maria, & terrę, multæ verò & fe-

ræ: accendit enim solem, & magnam æstus præbet causam. In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur, decretorio sydere: vnde carbunculari dicuntur, vt quodam vredinis exustæ carbone. Non comparantur huic malo grandinis procellæ, nec quæque vnquam annonæ intulerunt caritatem. Caniculæ exortu solis vapores accenduntur, feruent maria, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna. Sentiunt syderis effectum canes quidem, quos eo toto spatio maxime in rabiem agi non est dubium. In Canis ortu interlunio accidente, quoniam vapore constat, acini præcoquuntur in callum. Ante Aquilam exorientem non patitur ratio naturæ quicquam in satis esse spei certæ. Si verò interlunium incidat, omnes hybernos fructus & præcoces lædi necesse est. Rudis ideo priorum vita sine literis, non tamen minus ingeniosa, tria tempora metuebat, propter quod instituerat ferias diésque festos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia octauo Calendas Maij agebantur, quoniã tunc ferè rubigo segetes occupabat. Quarto Calendas Maij veteres Romani, vt omnia bene deflorescerent, instituerunt floralia. in hoc quadriduum, si plenilunium incidisset, fruges & omnia quæ floruisent lædi obseruauerunt. Vinalia degustatis vinis instituta, priora nono Calendas Martij, posteriora decimotertio Calendas Septembris agebantur. Cæterum quantum ad ortus & occasus syderum pertinet, hoc veluti fundamentum iecisse satis fuerit. Exortus & occasus binis modis intelliguntur. aut enim aduentu solis occultantur stellæ, & conspici desinunt: aut ab scessu eiusdem profertur se in emersum. hoc melius quàm exortum consuetudo dixisset, & illud occultationem potius quàm occasum. Alio modo quo die incipiunt apparere vel desinunt, oriète sole vel occidente, matutini vespertiniue cognominati, pro ut alterutris eorum mane vel crepusculo contingit. Dodrantes horarum cum minimum interualla ea desiderant ante solis ortum vel post occasum, vt aspicci possint. Præterea bis quædam oriuntur & occidunt, omnisque sermo de his est stellis quæ adhærere cælo dicuntur. Ortus de quo hic agitur, solaris intelligitur. hunc heliacum Græci nominant, cum signum, sydus, aut stella radijs solis emergēs incipit apparere, quam sol sua vicinitate conspici nō patiebatur. Hic habetur duplex, matutinus & vespertinus. matutinus, cum sydus aut stella radijs solis erumpens incipit mane conspici ante solis exortum. Stellæ signifero propinquæ coeunt cum sole, quando sol & stella in eadem parte finitoris, quem Græci vocant horizonta, parte orientali congregiuntur, postea oriri matutino incipiunt. Porrò vespertinus intelligitur ortus, cum stella radijs solis emergens vesperi post solis occasum incipit in occidente videri. Sic omnis ratio syderalis tribus modis exponitur, ipsorum temporum cardinibus, ortu syderum, & occasu. Cæterum non est ignorandum, id de quo inter peritissimos quosque astrologos constitit, ne præmonitus quis decipiatur, orbem in quo stellæ, sydera collocantur, ab memoria Ptolemæi hætenus magnam sensisse mutationem. is imperante Antonino agebat. Quam vacillationis motus supremi, in cætum annis vna ferè trigesima signi parte se luxantis nobis attulit. Siquidem vt obseruauerunt, viginti ferè signi partibus suo progressu ab vltimo orbe à calculis Ptolemæi in hæc tempora, stellæ, sydera, principia animalium signiferi discesserunt: vt ab Hipparchi ætate ad Antonini imperium, hanc digressionē in centum annis vna parte cōprehenderat Ptolemæus euenisse. Sed vt res exemplo facilius co

gnoscat, Vergiliæ, quæ Græcis Pleiades appellantur, ætate Ptolemæi in prima
 vel secunda parte Tauri supremi orbis sitæ iacebant: hoc tempore nostro in vi-
 gesima secunda vel tertia eiusdem Tauri parte collocantur. Spica eidem inuen-
 ta est in Virgine vigesima septima eius parte: nunc in Libræ decimasexta parte re-
 5 sident. Protrygetes, Vindemiatores præcedēs, tunc in Virginis duodecima par-
 te suum tenebat hospitium: hodie in Libræ secunda parte diuersatur. Stella Aqua-
 rij, Institoria vestis dicta Ptolemæo, fuit in Capricorno decimo octava quasi par-
 te: nunc septimam Aquarij tenet. Item viginti stellæ tunc in Aquario repertæ,
 nunc in Piscibus suam sedem habere cognoscuntur, dempta vltima quæ in A-
 10 quario adhuc hospitat. Vrsa maior, quæ viginti micat stellis, in Geminis, Can-
 cro, & Leone tum sitis: nunc eæ in Cancro, Leone, & Virgine disperguntur. Vrsa
 minor Ptolemæo septem complectitur stellas, quæ suo tēpore in Virgine & Li-
 bra suū tenebat domiciliū, nostro in Cancro & Leone. Ex ijs prima, per quam
 mundus existimatur versari, & polus & vertex appellatur. Arcturus duas & vi-
 15 ginti cōtinet stellas, quæ in Virgine & Libra tunc residebāt: nunc quatuor prio-
 res Virginem obtinent, reliquæ Libram. Corona stellis octo fulgens è Virgine
 migravit in Scorpionem. Anguifer, ophiochos Græcis dictus, vigintiquatuor
 stellis micans, præter sextam, septimam, & octauam, è Sagittario in Scorpionem
 transitum fecerunt. Libra decem stellis celebrata, præter quintam & sextam, o-
 20 mnes è Sagittario in Capricornum se receperūt. Cygnus Ptolemæus septem-
 decim in Capricorno & Aquario perornat, quæ nunc in Capricorno, Aquario,
 & Piscibus suum possident situm. Sagittam idem quinque stellis munit, quæ in fi-
 ne ferè Capricorni spectantur. Aquilam idem nouem donat stellis, quæ in Ca-
 pricornum se contulerunt. Equus viginti stellis refulget, quæ olim in Aquario
 25 & Piscibus suum tenebant hospitium: nunc in Aquario, Piscibus, & Tauro diuers-
 santur. Cephæo Ptolemæus vndecim stellas assignat in Piscibus & Ariete sitas,
 nunc in Piscibus Ariete & Tauro collocatæ cernuntur. Cassiopeia tredecim stel-
 lis prædita, per id tempus in Ariete moram trahebat: nunc in Ariete & Tauro
 residet. Andromeda viginti tribus splendet stellis, quæ ex Piscibus & Ariete trās-
 30 erunt in Arietem & Taurum. Auriga, heniochos Græcis dictus, quatuordecim
 donatur stellis, quæ Ptolemæo in Tauro & Geminis conspiciebantur: nunc in
 Geminis tantum. Capella similiter à vigesima quinta parte Tauri in quindecim-
 am Geminorum transitum fecit. Circa sinistram Aurigæ manū geminæ stellulæ,
 nominantur Hædi, quæ à vigesima secunda Tauri parte in duodecimam Gemi-
 35 norum abierunt. Sydus Canis octodecim refulget stellis, quæ Ptolemæi memo-
 ria Geminorum hospitio recipiebantur: nunc in Cancro resident, dempta deci-
 masextima, quæ finem Geminorum possidet. Orionis septem stellæ in Tauro tunc
 & Geminis hospitabantur, nunc omnes in Geminis. Hydræ, quæ viginti quinque
 micat stellis, principium in quarta Leonis parte iacebat, finis in vndecima Libræ:
 40 nunc principium in quarta parte Leonis, & finis in tertia Scorpij. Crater septem
 stellis illustratur, quæ pari interuallo à Leone & Virgine recesserunt. Sic septem
 Corui stellæ superiore æuo in Virgine continebantur, nunc in Libram se contu-
 lerunt. Procyon duas habens stellas, aliquibus tres, nunc in Cancro splendescit,
 vt antedicto tempore in Geminis. Lupo nouendecim assignantur stellæ, ætate
 45 Ptolemæi in Libra & Scorpione resides, nunc in Scorpione tantū visuntur. Cen-

tauro stellæ tribuuntur trigintaseptem, quæ supradicto tempore omnes Libræ tenebant hospitium, nunc in Libra & Scorpione cõsident. Vides ergo, sicuti superior colligebat sermo, sydera, stellas, signa, à suis supremi orbis sedibus vacillante quodam motu vigesimis ferè signi partibus luxari. Porrò quod ad ortus & occasus syderum pertinet, hoc veluti fundamentum quoddam iecisse satis fuerit, vt disquirentibus iter pateat, quo possint ex Ptolemæi sententiâ & peritorum placitis exemplum depromere. Vergilijs in vigesima secunda vel tertia fere supremi orbis, vt dictum est, sitis, sol quotannis tertio aut quarto die Maij coniungitur: deinde post solis discessum, ante solem oriuntur matutino, quod insuevit apud nos hoc tempore septimo, octauo, vel decimo die Maij, in quo exortu incipit æstas. nanque sol vndecima die Maij in Geminos transitum facit. Earundem Vergiliarum occasus principium dat hyemi, cum sol suo cursu ad vigesimam secundam vel tertiam Scorpij partem deuenit, quod vsu venit quinto & sexto Nouembris die, quo sol directè Vergilijs opponitur: hoc semestri spatio peragitur. Tunc oriente sole Vergiliæ occidunt, quod fieri dignoscitur quinto, sexto, octauo, nono die Nouembris. Arcturus secunda Septembris mane exoritur, & vigesima septima Februarij occidit. Canicula tertia Iulij oritur, & vltima Decembris occidit. Sed de his hæctenus.

Libri secundi de natura stirpium, finis.

Ioannis Ruellij Canonici Parisiensis

ET MEDICI, DE NATVRA STIRPIVM LIBER TERTIVS.

¶ *Agaricum.*

Cap. I.



Garicum vt fungus nascitur in arboribus Galliarum. glandiferæ præsertim arbores hoc ferunt. Circa Bosphorum quoq; provenit colore candido. Est autē fungus albus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, nocte relucens. Signum hoc eius, q̄ in tenebris decerpitur. Dioscorides author est in arborum caudicibus nasci, quadam putrilagine. Sunt qui radicē esse stirpis cuiusdam existiment. Quibusdam radix intelligitur similis laserpitio, textu raro ac soluto, superficie minus compacta. Duo genera constituunt. fœminam, quam & præferunt mari, recto venarum discursu, pectinatim digesto: mas rotundus, conuolutior

quaqueuorsum, & cōcretu suo spissior. Vtriq; gustus initio dulcis, mox ex distributione transit in amaritudinem. Quod in Galatia Ciliciâque provenit, friabile cognoscitur, & infirmum. Agaricum omnibus cognitum officinis, suam appellationem hæctenus tutatum. Agaricum in Gallia nascitur infirmius, habetur mas spissior amariórq; hic & capitis dolores facit: fœmina solutior. Datur obolis quatuor contritū cum binis cyathis aceti mulsi cōtra serpētium ictus. Ischiadicos dolores, & spinæ, leuat potum. In aceto mulso duobus obolis lienem cōsumere creditur. Idem tribus obolis potū in vini veteris cyatho vno lienem medetur. Phthisicis quoq; bibitur duobus obolis in passo: sic etiā tussi. Crapulā discutit post cibos in aqua calida potum. Febres frigidas leuiores facit in eadem calida potum. Aiunt drachmam in aquæ mulsæ cyathis tribus ante accessionem febribus liberare, quæ cum horrore veniunt. Hydropicos sanat. Scorpionibus aduerfatur obolis quatuor in vini misti cyathis totidē. Poto veneno, postquam vomuerint, denarij pōdere in aquæ mulsæ cyathis tribus subuenit. Cum farina fœni græci vesicæ malis illinitur, contrâq; calculos grauissimis cruciatibus auxilio est. Stomachi vitia sanat manducatum siccum, vt ex interuallo merum sorbeatur. Regius morbus impugnatur agarici tribus obolis in vini veteris cyatho. Cōtusis & euerfis potatur duobus obolis in mulsi cyathis tribus: aut si febris sit, in aqua mulsæ: item laterum cōtortionibus potum cum aristolochia. Vuluæ strāgulatum, mēsiúm q; difficultatem tribus obolis tritum in vini veteris cyatho potum emendat. Ex aqua mulsæ menses pellit. Agarico neruus qui platys appellatur atq; humerorum dolor sanatur, obolis tribus in vini veteris cyatho vno potum. Natura ei astrictoria, cōcalfactrix. Contra tormina, cruditates, rupta, cōuulsāq; pollet. Ex sublimi deuolutis & ex alto deturbatis efficax. Datur obolis duobus cum vino mulso, si febres absint: febricitantibus vero, in aqua mulsæ. Arquatibus quoq; suspiriosis, iocineris renúm q; vitio tētatis, dysentericis, vrinæ difficultatibus, vuluæ strangulatui, decoloribus, drachmæ mēsurâ. Tabem sentientibus ex passo, lienosis cum aceto mulso. Stomachicis sine humore aliquo comman-

ducatur. Reiectionibus sanguinis cum trioboli pondere sumitur. Coxendicum & articulorum dolores, morbos comitiales ex aceto mulso pari mensura sumptum emendat. Menses pellit. Inflationes vteri æquali pondere datum discutit. Horrores soluit datum ante febrium accessiones. Aluum purgat singulis denarijs aut binis cum aqua mulsa. Aduersus venena cum diluto drachmam dedisse satis est. Ad serpentium plagas & morsus obolis tribus potum in vino efficaciter occurrit. In totum, omnibus internis vitijs salutariter præbetur, habita ratione ætatum & virium corporis, huic in aqua mulsa, huic in vino, illi in aceto mulso, alij in mulsa.

¶ *Rhaponticum.*

Cap. II.



Ha, quod alij rheon, Romani rhaponticum appellant, radix est nigra, maiori centaurio similis, minor & rufior paulo, sine odore, fungosa, minime ponderosa. Probatissimum quod terebintines non nouit, si gustu glutinosum cum quadam astrictione, & commanducatum impallescat, colorémque reddat ad crocum inclinãtem. Cornelius Celsus in antidoto Mithridatis, radicem Ponticam nominauit. Plinius, nisi deprauata sit lectio, rhacomam appellat. Adfertur, vt inquit, ex ijs quæ supra Ponticum sunt regionibus. Radix costo nigro similis, minor & rufior paulo, sine odore, calfaciens gustu & astringens. Eadem trita vini colorem reddit ad crocum inclinãtem. Hoc interest inter Dioscoridem & Plinium, Plinius costo nigro similem rhacomam demonstrat: Dioscorides centaurio magno, nisi in mendum prolapsi librarij costo nigro pro centaurio scriptitarint, quod fere suspicor. De reliquis omnibus inter eos conuenit. Galenus & Paulus rheon solent appellare. Rha fluminis nomen sibi adoptauit, quod Ammianus Marcellinus, duodecimo historiarum volumine, ijs verbis explicuit, Tanais qui inter Caucaseas oriens rupes per sinuosos labitur circumflexus, Asiãmq; ab Europa disterminans, in stagnis Mæoticis delitescit. Huic Rha vicinus est amnis, in cuius supercilijs vegetabilis quædam eiusdem nominis gignitur radix, ad multiplices medelarum vsus proficiens. Sed rha à natali solo Pontici cognomentum vsurpauit. Iam ætate Pauli, quæ ex Barbarorum regionibus asportaretur, rheon Barbaricum appellari coeptum est: meministq; huius in quadam compositione aduersus podagras rhei Barbarici. Posterioritas quoq; græca laudat rheon quod ex Scenitarum agro defertur, vocatq; rheon Sceniticum: id enim apud Scenitas Arabas legitur. quare si mauis Arabicum appellare, non displicebit. Nec regio speciem mutauit, quanuis & vires adaugeat vel imminuat, quo minus ei rheo esset nomen. Nec quisquã ante Paulum, quod equidem inuenerim, Barbari fecit mentionem, propriamq; nobis reliquit appellationem, sed gentilitio cognomine duntaxat à natalibus condonauit. Nec alterius generis Barbaricum vel Sceniticum à Pontico esse iam hærebit nemo, siquidem radicis illius Barbaræ vel Sceniticæ, qua totus fere medicorum chorus nunc vitur, à Ponticæ natura nusquam desciscere cõperiet, sed ubiq; vires respondere: vel si quis consulat, de his periculum faciens, liquidò deprehendet experimẽta non deesse, quando radix hæc commanducatu pallescit, crociq; colorẽ refert. Consimiles vtriq; dotes inesse nemo potest inficiari, qui medicos audierit, omnibus ijs mor

bis illā, quibus hæc datur à Dioscoride, adhiberē. Quòd si in aliquo inueniatur
 diffidere, odor est, qui nullus à Dioscoride radici Ponticę tribuitur, nullus rhaco=
 mæ Plinio. Barbara radix & Scenitica, præsertim cū teritur, grauē spirat odo=
 rem: sed hoc discrimen leuius est quàm vt debeat ingenia distorquere. Siquidē
 5 quæ ex Scenitarum regione vel Barbaria deportatur, retorrido solis æstu pror=
 sus exuctæ, ita vt raro, spongiosq; concretu spectentur, graueolentiam conce=
 perūt, quòd longe calidioribus oriantur agris. Ab hoc fistuloso coalitu fluxóq;
 rheon putauerim Græcis appellari. Itaq; Ponticum vacat odore, Scenitarū Ara=
 bum Barbarorūmq; pro locorum cōditione fragrantiam odoris adsciuerē: eo=
 10 dem tamen genere comprehenduntur, euariantibus tantum patrijs aut gentili=
 bus cognomentis. Quinimò quam rheon Græci, & Latini rhapsonticum dixe=
 re, omnes ferè Arabicæ familæ scriptores *reubarbarum* appellitant. Explodendi à
 medicorum cœtu, velut bonarum rerum ignari, qui longe diuersam ab ea quam
 modo diximus rheuponticum, sic enim vocare didicerunt, omnibus impuden=
 15 ter ostendant. Hi mihi videntur in bonas literas dedita opera cōspirasse, nec ni=
 si quandā medicinæ colluuiē sequi, spretis bonis authoribus & classicis. Animad=
 uertendum etiam esset in seplasiarios institores, qui cum suis professoribus in eo
 consenuerunt errore, quos ignorantiam fateri veritatis nouercam pudet. Quæ
 tam pertinaciter ingenijs eorum hæsit, vt nec toto Anticyræ veratro possit ex=
 20 piari. Cuius inscitæ, mortales supplicia subinde luunt. Nam radicem quæ sit co=
 lore similis, duplo pondere pro rheo Barbaro substituunt, natura, viribus, natali
 solo plurimum discrepantem. Siquidem rhapsonticum quod officinis hodie cir=
 cunfertur, radicem esse maioris centaurij liquido constabit, cui verū tamen rha=
 ponticum simile fecit Dioscorides: neq; ex Ponto defertur, aut ex eis quæ su=
 25 pra Bosphorum sunt regionibus, sed in Italia & compluribus Galliæ locis inue=
 nitur, folijs iuglandis, oblongis, virenti colore brassicarum, in circuitu ferratis,
 caulibus rumicis, binūm ternūmve cubitorum ab radice fruticātibus, multipli=
 ci sobole, super hos capita ceu papaueris, in longitudinem quandam rotunda.
 Flos in cæruleum inclinatus. Semen cnico simile, farctum, laneis floccis inuolu=
 30 tum. Radix vasta, solida, bicubitalis, succo madens, ponderosa, cum quadam a=
 strictiore amara: quæ omnia centaurij maioris propria sunt, nec quicquam tale
 veraci rhapsontico veteribus adscribitur. His itaq; rudibus facile similitudo radi=
 cum inposuit. Nec pluribus in eos agendum putauī, qui nullis antiquorū præ=
 ceptis imbuti omnes bonas respuunt doctrinas. Nam veri rhapsontici radix fun=
 35 gosa, pondere leuis, laxo contextu: hæc grandis, solido concretu, ponderosa. Illa
 si oris saliuā diluatur, croceum remittit colorem: hæc ne pallidum quidem, ve=
 rum cum recens fuerit rubro madet succo, siccata nequaquam inficit croco sa=
 liuam. His satis eorum error diluitur. Rhapsonticum illitu collectiones inflamma=
 tionésq; sedat, vulnera sanat, epiphoras oculorum discutit. Ex passo illitū in si=
 40 gnita cum melle rapit, & alia liuentia ex aceto. Farina eius inspargitur cōtra ca=
 coethe, & sanguinem reijcientes denarij pondere in aqua. Dysfentericis etiā &
 cœliacis datur si febris careant, in vino: sin aliter, ex aqua. Facilius teritur nocte
 antecedente madefactum. Datur & decoctum eius bibendum duplici mensura
 adrupta, conuulsa, cōtusis, & ex sublimi deuolutis. Si pectoris sint dolores, addi=
 45 tur piperis aliquid & myrrhę: si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur, siue

intus, siue extra, purulētis excreationibus: item lienosis, hepaticis, ischiadicis: ad renum vitia, suspiria, orthopnoēas. Arteriæ scabritias lenit ex passo tribus obo-
lis potis tritum, itidem eius decoctum. Lichenas quoq; ex aceto impositū pur-
gat. Bibitur contra inflationes, perfrictiones, febres frigidas, singultus, tormina,
asperitates, capitis grauitatem, melancholicas vertigines, lassitudinē, dolores, &
conuulsiones. Rhaponticum, vt Dioscorides scriptum reliquit, inflationes, sto-
machi dissolutionem, & omne genus dolores emendat. Vsum suum præstat ad
cōuulsa, rupta, spleneticos, iocinerosos, tormina, renum, vesicæ & pectoris vitia:
aduersus intenta præcordia, & si vteri fœminas infestent: item coxendicum do-
lores, sanguinis excreationes, suspiria, singultus, dysenterias, coeliacos, ambitus
februm, venena serpentium. Datur in singulis valetudinibus, eadem qua agari-
cum mensura, & in eisdē liquoribus, si feberi careant, in mulso: sin aliter, ex aqua
mulsa. Si dissolutio stomachi est, manditur, & sine liquida sorbitione deuoratur.
Insignita & liuentia, lichenasq; tollit cum aceto illitum. Inflammationes om-
nes etiam veteres ex aqua litum, diffundit. Porrò vis eius præcipua intelligitur
spissandi, & guttantia substringendi cum quadam excalfactione.

Gentiana.

Cap. III.



Entianæ folia iuxta radicē erumpunt, plantaginis aut nucis iu-
glandis similitudine, aliquatenus rubentia, sed quæ articulatim
à medio caule caucuminibúsq; prodeūt, breuioribus crenis ser-
rata visuntur, scapo inani, fistuloso, binūm cubitorum altitudi-
ne, leni, geniculato, non iugi serie, sed interuallis maioribus fo-
liato. Semen fundit in calycibus latum, sphondylia simile, gluti-
nosum, sine pondere, quod pilulis cōtinetur lenibus & quadam tenuis compres-
sis. Radicem mittit prælongam, aristolochiæ longæ nō dissimilem, vliginosam,
sed amaro gustu, crassam inodorámque. Vbique nascitur, sed præstantissima in
Illyrico, vnde sibi regium inuentoris nomē arrogauit. Gentius Illyriorum rex,
eius reperit vsum, folio fraxini sed magnitudine lactucæ, caule tenero pollicis
crassitudine, cauo & inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, ra-
dice lenta, subnigra, sine odore, aquosa, montibus sub Alpinis plurima. Nomē
apud omnes officinas retinet. Vsus eius in radice & succo radice. Natura est ex-
calfactoria, sed prægnantibus non bibenda. Stomachum corroborat ex aqua po-
ta. Datur madefacta pridie cōtrita denarij pondere in vini cyathis tribus ad tus-
sim, suspiria, tormina. Farina eius ex aqua tepida fabæ magnitudine pota, inter-
aneorum vitijs occurrit. Potatur ruptis, conuulsis, & ex alto deiectis radix trita.
Illinitur vlceribus quæ serpunt, radice tusa vel decocta in aqua ad mellis crassi-
tudinem, vel succo vulneribus. Ex ea factum lycium aduersus angues, præcipuè
duabus drachmis cum pipere tritis in vini cyathis sex, siue viridis, siue sicca bi-
bitur. In facie aliáq; cutis vitia & maculas omnes emendat. Tanta huic vis tri-
buitur, vt iumentis etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus
auxilietur pota. Vis Dioscoridi excalfactoria, & astringens. Contra serpentium
ictus auxilio est duabus drachmis cum pipere, ruta, & vino pota. Succu drachma
laterum doloribus, præcipitatis, & è sublimi deturbatis, vulsis, ruptis opitulatur.
Hepaticis, stomachicis sumpta ex aqua succurrit. Radix collyrij modo subdita

partus expellit. Vulneraria est, conferens æque vt lyciū. Vlceribus profundis & sinuatim depascentibus medetur. Epiphoris oculorum vtiliter illinitur. Pro meconio collyrijs immiscetur acribus. Radix vitiligines emaculat. Succus hac ratione colligitur, Contusa radix quinque diebus aqua madescit, postea tantisper coquitur, dum aquæ radices superstent: deinde refrigeratur aqua, & linteolo percolata, iterum discoquitur dum mellis crassamentum contrahat, demum in fictili conditur.

¶ *Aristolochia.*

Cap. IIII.



Aristolochiæ tria genera græci seruât: vnum tuberibus radicum orbiculatis, quæ foemina dicitur, multis à radice germinibus, longioribusq; viticulis fruticosa, folijs hederæ modicè rotundantibus, cum acrimonia odoratis & mollibus, flore pileoli similitudine candido, rubrum ambiente capitellum, fructu herbaceo lutescensq; tenuis virgato, grauē spirante odorem. Hæc omnibus officinis *rotunda aristolochia* cognominatur. Alterum masculæ, radice longa, procerioribus folijs, exilibus ramulis dodrantalibusq; flore purpureo, graue virus olente, qui cum dehiscens emicuerit, in bacculam pyro conformē turbinatur. hæc seplasiarijs omnibus *longæ* nomē *aristolochiæ* meruit. Hæc radicem agit promissioem, crassitudine digitali, longitudine quadrantali, carnosio cortice. Alteri radix in orbem rapi modo conglobata cōspicitur. Vtraq; fert bacculas velut capparises, colore intus buxæo, amaro gustu, odore viroso. Tertiū assignatur *aristolochiæ longæ* genus, quæ clematidis quasi farmētaria cognominatur, tenuissimos fundens ramulos, frondososq; folijs rotundis, sedo minori similibus, flore rutæo, radicibus longissimæ tenuitatis, crassi & odorati corticis, priuatim vnguentis pro spissamento quæsitum. Omnes radice tantū commendantur, quibus medicatus spiratur odor. Inter nobilissimas *aristolochiæ* nomen grauidæ dederunt, quod puerperis optimæ crederentur. Latini malū terræ vocant, & quatuor genera eius seruant. Vnum tuberibus radicum rotundis, folijs inter maluam & hederam nigrioribus pinguioribusq; alterum masculæ, radice longa quatuor digitorum longitudine, baculi crassitudine: tertium longissimæ tenuitatis vitis nouellæ, cui sit præcipua vis, quæ clematidis vocatur, ab alijs cretica. omnes colore buxæo, caulibus paruis, flore purpureo. Ferunt bacculas paruas veluti capparises. Valêt radice tantū. Est & quæ pistolochia vocatur, quarti generis, tenuior q̄ proximè dicta, densis radicis capillamētis, iunci plenioris crassitudine. hanc quidam polyrrhizon cognominant, Odor omniū medicatus. Theophrastus foliū ei reddidit alsinæ, rotundius tamen, colorē atrum, gustū amarum, odorē suauem. Adiecit optimā montibus effodi, valere si quis caput fregerit, & contra serpentum morsus, & vlcera, ad accersendum somnū. Vlceribus capitis adhibendam præcipiunt aqua subactā, reliquis derafam in melle & vino. Cōtra serpentiū ictus ex vino acido bibi debet, & morsus respergi: vt somnū appellet, in nigello vino austeróq; contrita datur. Si vulua prociderit, decocto colluisse cōueniet. Ad secundos partus euocados pessli modo subditur. Hæc nono de plátarū historijs à Theophrasto traduntur, quæ ferè verbotenus in eiusdem voluminis calce repetūtur, hoc tantū discrimine, q̄ folio rotundo cōstare hic tradit, illic folio alsinæ. Plinius

quartum genus adiecit vocans pistolochiam, exiliorem proximè dicta, frequen-
 ti radicum capillaméto, iunci plenioris crassitudine, vnde & polyrrhizos à mul-
 tis cognominatur. Rotundæ radicē summopere pisces expetunt. Itaq; si contu-
 sam, ammixta calce, mari sparseris, aduolabunt pisces cupiditate mira, cōtinuò-
 que exanimati fluitabunt, idq; Plinius coram se factum testatur. ob id piscato-
 res in Campania venenū terræ vocabant. Nunc & cyclamini radice itidē con-
 tingit. Nostrates tamen officinæ bacculas ostendunt laurinis nō dissimiles, quas
Orientis coccos à negotiatoribus didicerūt appellare, quæ tritæ cum caseo & am-
 nibus resperisæ, magnam ad se piscium vim alliciunt, ita vt eò loci vniuersus flu-
 minum ferè populus confluat: dein escæ huius illicio capti pisces, facile verricu-
 lo sepiuntur, aut manu piscatorum prenduntur. An aristolochiæ cuiusdam fru-
 ctus fuerit clam me est, cum herbam harum baccarum parentem nec vulsam
 nec hærentem viderim. Radices effodere messibus est tempestiuū. Nascuntur fe-
 rè pinguibus locis, planisq;. Maximè commédatur Pontica, & in vnoquoq; ge-
 nere ponderosissima quæque medicinis conuenientissimè dicata. Quæ oblon-
 ga radice, tenuiorique est, gratior habetur: carnosus enim est corticis, vnguentis
 quoq; nardinis conueniens. Nascuntur pinguibus locis & campestribus. Effo-
 dere eas messibus tempestiuum, ita desquamato terreno seruantur. quinq; aut
 sex annos durant. Rotunda contra serpentes: oblonga in summa tamen gloria
 est, etiam si modo à conceptu admota vuluæ in carne bubula, mares figurat, vt
 traditur. Quæ polyrrhizos cognominatur, conuulsis, ex alto præcipitatis, radi-
 ce pota ex aqua, vtilissima esse traditur. Semine pleuriticis auxiliari, nervos con-
 firmare & excalfacere putatur. Putrida vlcera exest, sordida expugnat, vermēs
 que extrahit: itémque clauos in vlceribus natos, & infixæ corporis omnia præ-
 cipuè sagittas: & ossa fracta cum resina: caua vlcera explet per se, & cum iride:
 recentia vulnera ex aceto. Aristolochiæ radix in vini hemina sæpius datur bi-
 benda contra serpentium ictus. Item prodest illita. Similiter pistolochiæ. Quin-
 & omnino suspensa supra focum fugat domibus serpentes. Pluribus modis a-
 ristolochia grauidis prodest. nam & menses & secundas cit, & emortuos partus
 extrahit, myrrha & pipere additis, pota, vel subdita. Vuluas quoq; procidentes
 inhibet potu vel suffitu, vel subiectu, sed maxime tenuis. Singultus sedat. Vitia
 stomachi pota sanat. Dyspnœæ medetur obolis ternis ex aqua calida aut lacte
 asini pota. Contra serpentes bibitur. Vigilijs remedio monstratur, & odore per-
 uncto capite perfriktionibus resistit. Multi super omnia laudant ad deploratos
 dysentericos. Aristolochiam victoriati pondere in cyathis vini tribus epotant.
 Iocineris vel laterum contortionibus, cum agarico pota medetur. Radix in fis-
 stulam additur collyrij tenuitate. Rotunda, vt placet Dioscoridi, cæteris vene-
 nis resistit. Oblonga aduersus angues & venena drachmæ pondere in vino bi-
 bitur, vel ictibus opponitur. Menses & secundas à partu morantes pellit. Pecus
 emortuum vtero extrahit, myrrha & pipere additis, pota vel subdita in pesslo.
 Rotunda pollet ad eadem. Insuper ad suspiria, singultus, frigidas febres, lie-
 nem, rupta, conuulsa, laterum dolores ex aqua singulari remedio est. Spicula
 & furculos corporibus infixos eijcit. Squamas ossium illitu euocat. Putrescen-
 tia excarificat vlcera, & eorundem sordes expurgat. Caua cum iri & melle re-
 plet. Gingiuus ac dentibus pro smegmate placet. Clematitis cognominata eisdē

vsus creditur repræsentare, quanquam ignavius. Non desunt græci qui tradant eam grauē febrim finire, sed nidore subditis carbonibus febricitantē suffiri præcipiūt, & ita febrī promittūt liberari. Addunt, vulneribus illitu mederi: cum cypero autem & dracunculi semine, adiecto melle, narium carcinomatis resistere.
 5 In oleo decoctum & suillo adipe argentium horrores discutere.

¶ Radix dulcis.

Cap. V.



Lycyrrhiza, quæ Celso plurimisque Latinorum radix dulcis nuncupatur, frutex est ramos spargens binum cubitorum altitudine, folijs lentisci, densis, pinguibus, tactuque gumosis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis, asperiore tantum, atque rubescentes lenticulae valvulas referente, radicibus praelongis, buxoco-
 10 colore, gentianæ modo flavescentibus, sapore dulci, quadam tenus subacerbo, quæ lycij modo curatae coguntur in succum. Eandem esse cum Theophrasti scythica nemo diffitebitur, qui eius verba lectitarit: quando dulce esse commemorat, nascique circa Mæotim paludem, ad suspiria perquam utilem & tussim quæ nihil emolitur humoris, sicca dicunt, & in totum affecti pectoris medicamentum natam. Quin & ex melle ulceribus mederi: sitim etiam restinguere, si teneatur in ore. Qua de causa Scythæ hac contenti, decem, duodecimque dies degunt, & vitam non aliter quam hippacem esu prorogant. Quod Plinius undecimi voluminis calce confirmat. Quaedam enim exiguo victu fame ac sitim sedant, conseruantque vires ut butyrum, hippacem, glycyrrhizon. Hippacem apud Theophrastum Theodorus eque-
 15 stre vertit, quasi radix esset dulci radici par ingenio ad abigendam sitim famemque. Sed Dioscoridis Plinique testimonijs constat hippacem equinum esse caseum, non radicem aut herbam. nec id prodigiosum videbitur, qui Plinium audierit referentem Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis viginti, ita temperato ut vetustatem non sentiret. Plutarchus Symposiacorum quarto memoriae prodidit nonnihil consimile, Sofastrum nullo alio potu ciboque quam lacte totius vite curriculo visitasse. Quapropter in alterutro mendii vix facesset suspicio, nisi utrolibet eadem vox lectitetur: sed aliorum sit hoc iudicium, sat nobis fuerit huius diuersitatis ob-
 20 iter hoc in loco commouisse. Dulcis radix ea nobis intelligitur quæ officinis dicitur liquiritia, extrita (quæ vocabuli caput erat) litera, Galli rigolitiam, quidam erculissam vocitant, pueris omnibus nobilem, qui frustatim sectam aquam demergunt vitreis ampullis ad hauriendam dulcedinem ebibendumque succum. Nam hæc fruticosa est lentiscinis frondibus, densis, tactu pinguibus, sequacique len-
 25 tore glutinosis, flore hyacinthi, foetu pilularum platani crassamento, sed asperiore, radicibus ceu vitium praelongis, dulcibus. Hæc nusquam non ferè seritur. quæ si semel comprehenderit, tam pertinaci fertilitate coheret, ut vix unquam possit radicitus extirpari, tam restibili fecunditate regerminat. Sed mirari subit, quare Plinius inter aculeatas sine dubio retulerit, & ideo post acanum statim glycyrrhizam subiun-
 30 xit, & alibi quaedam spinosa foliata prodit ut carduum, eryngium, glycyrrhizon, & vriticam. His enim omnibus aculeatam inesse mordacitatem fatetur, foliumque glycyrrhizæ reddidit echinatum, cum id glabrum sit & læue, nec villo spinarum sepitur vallo, nullis omnino sæuit aculeis. Verum enimvero id paulatim à pediculo in latitudinem se fundit: deinde coeuntibus sensim oris in arctum premes agitur,

ita vt fastigiet se molliter, & in turbinē quadantenus mucronetur, qui tamē nec
 in eā occallescat duritiē, vt aculeosa mordacitate rigeat. Quid enim echinatū di-
 ci meruit, nisi quod instar echini septo spinarū inhorrescat? Sic dipfaci caput in-
 numeros erigēs aculeos, iure Dioscoridi Pliniōq; censetur echinatū. Sic quoq; ca-
 stanæ calyx nullo cōtrouersu dicitur echinatus, carduorūmq; cacumina multis
 spiculis muricata subrigūtur, ita vt quandam erinaceorum effigiē repræsentēt.
 Multorū etiam aculeatorū vertices summi spinarū armātur populo, sic vt glo-
 bosa spiculorū cōgerie maris echinū vel erinaceū mentiantur. Ergo cū glycyrrhizæ
 foliū, nec aculeorum agmine stipetur, nec quouismodo sit spinis infestū,
 sed exacta læuitate glabrescat, nemo censuerit echinatū: nec quispiā in folijs nisi
 merū læuorē, si non sensus tangentē defecerit, facile deprehēdet. Est itaq; dulcis
 radix lentisci folio. Quòd si videre per raritatē non licuerit, bucci propemodū
 simile cōspexeris. Lentiscinū si forsitan regio denegauerit, inuenies subinde gū-
 mi mastichæ, quam fundit hæc arbor, adhæsisse. Pliniū itaq; suspicor glycyrrhi-
 zam, rem omnibus ferè nunc compertā, non satis nouisse, secutumq; sui codicis
 fidem magis quàm rei naturā vel historiam, affinitate græcæ vocis deceptū, qui
 ἐχινον pro χιτων, id est echinum pro lentisco, facili lubricōq; non aduertentiū lapsu
 videtur lectitauisse, præsertim cum principes horum vocabulorū literæ cum χ
 elementum habuerint annexum, à sciolis librarijs, pensili quadam scripturarum
 compage, confundantur, vt alterū identidē alterius vice versibus exaretur. Plin-
 ianus error facile deprehenditur, cū hoc tantum folij discrimine in reliquis om-
 nibus cū Dioscoride verbotenus sentit. Nec excusare quis potest exemplariorū
 deprauationem, quæ multo minus q̄ nunc habeantur erant mendosa. Non sunt
 audiendi qui dedita opera, ne desciscāt vsquā à Pliniana sentētia, vel vt pertina-
 cius eius partes tueantur, q̄ consulant veritati, credant olim glycyrrhizā spinis
 fuisse præditā, verum mangonio longi cultus edomito rigore, tandē mitigatā.
 Nam diligentia, vti spero, mitiores, innocentiorēsq; reddere spinas potest: in to-
 tum, quod equidem sciam, non potest abolere. Præstantissima in Cilicia, deinde
 Ponto. Carpitur Vergiliarum occasu. Sed forsitan verbosius quàm efflagitaret
 rem sum prosecutus, iam ad nostrum pergamus institutum. Carpitur Vergilia-
 rum occasu, longa ceu vitis, coloris buxei. Præstantissima in Cilicia, secunda in
 Ponto. Radix tantum in vsu melior quæ nigra, quæq; lenta, quàm quæ fragilis,
 exiguo gustu. Sitim ac famem sedat, seruātq; vires. Decoquitur ad tertias, cæte-
 ro ad mellis crassitudinem: aliquando & tusa, ex quo genere vulneribus imponi-
 tur, & faucium vitijs omnibus. Item voci vtilissimo succo, sic vt spissatus est, lin-
 guæ subdito: item thoraci, iocineri. In ore habentes sitim non sentiunt, ob id
 quidam adipson appellauere eam, & hydropicis dedere, ne sitirent. Nō parum
 auxiliij cōfert ijs qui perpetua siti excruciatū: ideo cōmanducata stomatice est,
 & vlcibus oris inspergitur. Sepe & pterygijs. Sanat vesicę scabiē, renū dolores,
 cōdylomata, vlcera genitaliū. Dedere eam quidā potui in quartanis drachmarū
 duarum pondere, & pipere, hemina aquæ. Commanducata sanguinem sistit ex
 vulnere. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt. Vfus succi apud Dioscoridem
 ad arterias exasperatas: cōmendatur ita linguæ subditus vt eliquescat. Lycij ex-
 plo spissatur in succū, qui ardoribus stomachi, iocineri, & thoraci remedio est. E-
 mendat vesicæ scabiē, & renū dolores cū passō potus. Sitim sugentiū restinguit.

vulneribus prodest circumlitus. Stomacho cōmanducatus auxiliatur. Radicū recentiū decocto cōmoditas eadē præstatur. Eiusdē pterygijs illinendis probatur.

Centaurium maius.

Cap. VI.



Entaurij laudes longum esset exequi, cum & Galenus medicus priuatim volumen ei dicauerit, per singula mēbra hominis digestum. Folia habet nucis iuglandis oblonga, viridi brassicarum colore, ferrata in ambitu, caulē rumicis, binūm ternūmque cubitorum, agnatis multiplici sobole fruticantibus ab radice, in quibus capita ceu papauerum, è rotundis oblonga. Flos

in cæruleum inclinatus, semēque cnico simile, floccis inuolutum vt in lanigeris solet floribus, radice vasta, solida, ponderosa, bicubitaliq; succo madida acri cū astrictione quadam, nec citra dulcedinē rubescēte. Rubet & succus. Gaudet pingui solo nasci apricis fruticosiq; collibus. Hæc est quæ nunc ab officinis, quam falso, vt ostendimus, *reuponticum* nominatur: nam id ab radice fruticosum, caulibus ternūm cubitorum, geniculatis, folio iuglandis per ambitū crenato, virenti & oblongo, flore subcæruleo, capitibus papaueraceis, semine cnici, radice vasta, fragili, tenera, rubescēte, succulenta, & succo madente rubro. Si natales libeat contemplari, eam collibus explorabis, qui pubentibus virent lucis, & nemoroso cinguntur orbe. siquidem gaudet apricis, & frutetosos amat tractus, & arboribus conferctos. Magno in errore versantur nostræ ætatis herbarij, qui nulla veterum autoritate nixi, centaurium longè ab hoc & facie & ingenio dispar maioris cognomine demonstrant, cubitali coliculo, frondibus salignis, aliquanto maioribus, per interualla binis, auersa parte candicantibus, interna viridibus & ferè connexis, flore luteo, verum reliqua deliniatio, nedum flos & folium, apertissimè reclamant. hæc magis lysimachix propria sunt, quæ caules profundit cubitales, fruticosos, emicantibus articulatim folijs, effigie salicis sed viridioribus, flore rufo vel auri colorem æmulante, de qua suo differemus ordine. Nec id abolendum silentio quod Nicander in theriacis prodidit, centaurium repræsentans amaraci folio, fusa ambiente coma, floribus auri fulgore micatibus, radice per summa cespitum vagante, nec in altum acta. hac, vt idem tradit, Pelethronium nemus scatet. Inuenit eam in Pelio monte Chiron Cetaurus. Theophrastus chironix folium amaraco simile reddidit, maius tamen, hirsutius, florē auri specie, radicē longā. humiles amat situs. Theodorus legisse videtur lapatho, cum foliū rumici simile fecerit: sed ex Nicandro, & eius enarratore Theophrasti verba citate, Plinio, & Dioscoride, amaraco legendum esse nemo dubitabit qui hos euoluerit authores. Folij quoq; discrimen quo designatur maius & hirsutius, interpretationi defuisse, & forsitan Græco exemplari cōstat, quæ in suā sedem relegari debēt. Itē τὰ πίονα legit Theodorus, pinguia. Verba subdidimus authoris, *τὸ δὲ χειρόνιον ὁμοίον ἀμαράκῳ, μείζον δὲ καὶ δασύτερον, ἀνδρὸς δὲ χυσοειδὲς, ρίζαν μακράν. Φιλῆ δὲ μάλιστα*

40 *χειρὰ ταπεινά.* Sed dicta Theophrasti & Nicandri de panace chironio, non de centaurio debent intelligi, cum Dioscorides & Plinius in mentione panacis, nostro subscribant iudicio. Quæ ad veterē pertinent religionem, in calce capituli posita, vbi legendam appetente solis ortu præcipit, sunt indigna quæ ad tantū authorem referantur, præsertim cū imbutus hac superstitione nusquā inueniatur, imò

verius ijs vulgi vanis opinionibus deprenditur obstrepere, & magicas illusiones explodere. Quapropter si cui fuerit in animo partē hanc expungere, nihil ei literariæ detrimenti fuerit allaturus: quando, si vetustissima quæq; consulantur exemplaria, tale nihil offendetur. Id tamē non est silētio prætereundū, quod Galenus Crateiæ testimonio fretus, eo de viribus cētaurij libello quē Papiæ nuncupauit, modo fuerit huius authoris opus, folia satiūo rumici nō iuglandis maiori centaurio reddidit, minora tantū, ambitu serrato denticulata, caulem tripalmeū, rubro madentē liquore, in cuius vertice farctū lanosis flocculis caput extuberat, marini cancri nō dissimile, radice solida, ex acerba dulci. Prouenit illustratis à sole locis. Radix durat annis nō vltra duodecim. Cētaurio curatus dicitur Chiron, cum Herculis exceptus hospitio pertractāti arma sagitta excidisset in pedem, quare aliqui chironion cognominant. Laudatissimū in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoë, & Lyceo, atq; in Alpibus, pluribúsq; locis in Lycia. Vis vulneribus tanta, vt cohærescere etiā carnes tradant, si coquātur simul. In vsu radix tantū duabus drachmis bibenda, quibus dicitur, si febris sit, in aqua trita, cæteris in vino. Medetur & omnium morbis decoctæ succus. Priuatim aduersus angues radice drachma in vini albi cyathis tribus bibitur. Eadem in vuluæ doloribus potu vel suffitu prodest. Facit per se faciles excreationes, & sangninē reijcientibus auxilio est. Stomachū corroborat. Difficultati spirādi medetur eclegmate. Pleuriticis & peripneumonicis bibitur cū dauco. Phthisicis in vino prodest. Maiore tormina discutuntur. Regius morbus, qui sit citra febres, impugnatur cētaurio maiore potu. Potatur à ruptis, cōuulsis, & ex alto deiectis. Vlcera, quæ cacoethe vocāt, sanat, insparsum vel illitū. Datur Dioscoridi radix ad rupta, cōuulsa, laterū dolores, anhelitus, vetustas tusses. Ad excreationes cruētas in vino, si febris non sit: aliās in aqua trita duabus drachmis bibitur. Eodē modo torminibus medetur, vuluarúmque doloribus. Menses & partus in tenuitatē collyrij derafa & subdita euocat. Potentia succo eadem. Recēs & mustea vulnera glutinat, & iungit. Carnes coalescunt si tusa simul coquatur. In Lycia succum exprimūt, quo pro lycio medentes vtuntur. Sunt qui panaceam cognominent, quoniam succurrat omnibus vitijs vbi aliqua timeatur inflammatio, plurimísq; polleat remedijs. Illisa vulnerum labra tradunt committere, substillum lotium calculosósq; sanare subter in aluū inditam. Legendam præcipiunt cum sol emergit, hora pura, dum luce syderis erumpentis vniuersa complentur.

Centaurium minus.

Cap. VII.



Centauriū cognomine minus, quod aliqui libadion vocant, quoniam secundū fontes nascitur: alij limnesion, quæ propter lacus in riguis vbertim profiliat: officinis hodie *centauria minor*, Latinis fel terræ propter amaritudinē summā, nonnullis febrifugia vocitatur, origani hypericive simile, caule sesquipalmū alto, fruticanti anguloso, lychnidis floribus è puniceo purpuratis, folio rutæ, prælongo & minuto, partu triticeo, radice tenui, superuacua, & prorsus inofficiosa, succo herbæ efficac. Theophrastus author centauriū in Elio agro fecundum esse: quod montuosis prouenit, sterile: quod planis nascitur, floretenus exhilarari: quod concauis æditur, ne florere quidē, nisi improbe. Tertiā adiecit Plinius centaurim cognomine

triorchem, quoniã qui eruunt, vt Theophrasto placet, iubetur buteonẽ accipitrũ
 generis auẽ cauere, quãdo non raro vulneratur ab alite, qui legunt. Addunt, de-
 fendi eã impugnarĩq; carpẽtes à triorche, id est triplici teste prædito buteone, à
 quo & nomẽ accepit. hæc succum sanguineũ mittit. Subdidit Plinius imperitos
 5 hæc omnia cõfundere, & vni generi assignare. Porrò hæc Theophrasti scripta, de
 tertia quadam centaurij specie, quã triorchon Plinius cognominauit, velut ab ijs
 duabus discrepante, non possunt audiri: quandoquidẽ Galenus, Paulus, cæteri q;
 omnes græci hoc maioris tantũ & minoris discrimine sunt cõtenti. Nec hoc vnũ,
 quod ad superstitionẽ solam pertinet, Pliniũ mouere debuit, vt cognomẽto tri-
 10 orchis nouum genus effingeret. Nec Theophrasti verba de alio q̃ de maiore, te-
 nuĩve faciunt mentionẽ. Qui eã (inquit) secat, rarũ est vt sine vulnere discedat:
 impetitur enim à buteone, qui Græcis triorchis, à testicularũ ternione, nuncupa-
 tur. Quod maxime Pliniũ suavit, vt secretũ ei genus assignaret, id existimo fuisse,
 q̃ sanguineũ succũ profunderet: sed hoc, authore Galeno, Dioscoride velut pe-
 15 culiare cõtaurio maiori tribuitur, cuius radix rubro turget liquore vt supra la-
 tius fuit ostẽsum. Nec itaq; hæc colligẽdi superstitio, nec manatio rubẽtis succi,
 nos satis compellunt vt tertiã adscribamus ei speciẽ. Nec apud Theophrastum
 vsquã sibi triorchis cognomentũ offenderis vsurpasse. Discreuit has notas Pli-
 nius, & varijs assignauit generibus. Minus centauriũ succo efficax. Ipsa herba au-
 20 tumno legitur, succus è frondẽ. Quidã caules cõcisos madefaciunt diebus duo-
 deviginti, atq; ita exprimunt. Hoc centauriũ Latini fel terræ vocant propter a-
 maritudinẽ summã: Galli exacum, quoniã omnia mala medicamina potũ è cor-
 pore exigat per aluũ. Articulis tumẽtib; è minori centaurio mire prodest. Pur-
 gat idem aluũ drachma in hemina aquæ cum exiguo salis & aceti, bilẽmq; detra-
 25 hit. Purgat vuluas minoris succus potus, fotũq; menses cit. Fistulis quæ omni par-
 te serpunt auxilio est, collyrijs cum melle decocto additis. Coma eius decocta
 vel trita vetera purgat vlcera & persanat. Recens herba, vt vult Dioscorides,
 suo litu vulnera glutinat. Vetera vlcera purgat, eãq; ad cicatrices perducit. Bi-
 lem, crassõsq; humores per aluũ exigit. Infuso eiusdem decocto coxendicũ do-
 30 lores leuantur, trahit enim sanguinẽ. Succus oculorum medicamentis perquam
 utilis. Cum melle caliginẽ oculorum, & ea quæ obstant claritati discutit. In vel-
 lere subditus menses & partus extrahit. Priuatim articularijs morbis auxilium
 in potu præbet, & neruorum vitijs. Legitur cum semine prægnãs est, & diebus
 quinq; macerata decoquitur, donec aquæ superemineat: mox vbi refrixit lin-
 35 olo exprimitur, herbãq; detracta rursus coquitur vsq; dum mellis crassitudinẽ
 habeat. Aliqui virente contusa & adhuc turgente liquorem excipiunt, quẽ con-
 iectum in fictile non picatum in sole versant, lignea miscẽtes rudicula: & quod
 lateribus in ambitu cohærescit, terentes decutiunt in humorẽ, noctu probẽ co-
 operientes, cauentur enim rores nocturni, vt qui succos spissescere colostrari-
 40 que prohibeant. Quæ autẽ siccis radicibus aut herbis exprimuntur liquamen-
 ta, decocta, vt in gentianæ mẽtione retulimus, curantur. Sed quæ corticibus hu-
 midis aut herbis recentibus eliciuntur in sole, vti dictum est, dum crassescant,
 coguntur. Sic è thapsia, sic è mandragora succus, sic ex vuis acerbis melligo
 extrahitur. Lycium quoque, absinthium, & hypocisthis, & id genus similia co-
 45 quuntur, versantur, coagulantur.

Chamæleo albus.

Cap. VIII.



Chamæleo albus folia sylibi habet, aut cardui, asperiora & acutiora quàm nigri robustioraq; caule vacat, verù è medio sinu spinas echini marini aut cynaræ modo subrigit, purpureis floribus & crinitis, qui in papporum lanugines euanesçât. fructus assimilis cnico. Radix lætis & pinguibus crassa, ieiunis & montosis gracilior, candida, gustu dulcis, odorata, sed virus aliquantum olens. Hunc album chamæleonem nec herbarij nec medici, pace semper eruditorum dixerim, norunt, cum spinam non excaulem, sed longo præditam thyrso demonstrent ab hoc plurimum abhorrentem. Siquidem in terra serpit in erinacei modum aculeos erigens, caule prorsus deficitur, sed è medio foliorum complexu statim ab radice caput exerit, breui pediculo fultum, & spinis densioribus echinatum, in quo flores emicant capillati, purpurascens, qui se in lanugines vocatas pappos dissoluant, & tandem in auras abeuntes volitent: fœtu cnico non dissimili, radice candida, dulci. In neglectis agrorum limitibus, & montium glabretis passim inuenitur. Quo nihil temere nobis occurrit frequētius, & iter agentibus obuiam offert: nullum tamen apud nos, quod demiror, nomen retulit vernaculum, vulgòque in solo censu spinarum reputatur. Sed si faciem eius aliquando libuerit explorare, solam offenderis ex omnibus spinis humi sessilem, capite propter terram stylo breui nitente, mediòq; foliorum coitu profusiliente. Vt Theophrastus memoriæ prodidit, nascitur vbiq; carduique folio verum ampliore. Repit in terra, grande caput & acanaceum exerēs, vnde quidam acanum appellarūt: radice crassa, grauitèr olente, quam iubet orbiculatim concisam & serie transfixam, seruari funiculis pendentem, decoquítque in cibo contra profusiones alui. Pellit lata interaneorum animalia cum vua passa acetabuli mensura in vino austero pota. Canes necat in farina hordeacea subacta, cum aqua & oleo: sues cum brassica. Volētibus experiri victurus sit æger nec ne, præcipiunt radice diluto perfundi triduo qui langueat, ternas vices qui pertulerit moriturum negāt. Author est Theophrastus. Mutat cum terra colorem, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atque alijs coloribus: quare à varietate foliorum euenit vt chamæleo vocetur. Candidus hydropicos sanat succo radice decoctæ, bibitur drachma in passo. Pellit & interaneorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem in vino austero cum origani scopis. Facit ad difficultatem vrinæ. Hic succus occidit canes, suesque in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem eius antiqui concisam seruari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. Radix acetabuli mensura pota latas interaneorum tineas pellit, in vino austero pota cum origani decocto. In aqua subter cutem fusa denarij pondere datur in vino, extenuat enim tumores quos ea concitauit. Decoctum difficultatē vrinæ tollit potu. Hausta in vino serpentium venenis resistit. Canes, sues, muresq; perimit si in polenta exhibeatur, aqua & oleo additis.

¶ *Chamæleo niger.*

Cap. IX.



Hamæleo niger folijs cardui similibus exit, minoribus tantū, tenuioribus ac rubentibus. Caulem fundit digitali crassitudine dodrantalē, subrubrū, in cuius fastigio vmbellā obtēdit & flores spinosos tenues, hyacinthi æmulos, versicolores: radice crassa, nigrāte, prædensa, quæ nonnunquam corrosa spectetur, & dissecta in subfuluum colorem elanguescat, linguāmq; cōmanducata vellicet. Hanc herbam hodie vulgus *cardonettum* vocat, semine cuius vtitur ad cogendū lac, coaguli vicem pensante: institores seplasiarij *chamæleontam nigram*. nam hæc caulem euehit dodrantalē, pedis altum, digitum æquantem crassitudine, subrubrum, folijs proximè minoribus, non vsque eo muricatis, leuiter puniceis, hispido flore, hyacinthina purpura variato. Totam stirpem Theophrastus ait vmbraeli speciem representare, radicēque foris nigra, intus subflaua niti, gelidos amare situs humentesq;: lepras & vitiligines abolere: illita scobe eius ex aceto canes enecare. Galenus huius radicē, vt quæ delibutorium esset venenū, damnauit, & prorsus vsum interius abdicauit, monens foris tantū apponi, ad abigendam scabiem, amolendas impetigines, delendāsq; vitiligines, & omnia quæ desiderant abstersionem. Paulus sententiæ Galeni accedit. Sed ijs locus poscere videtur, vt de ixiā differamus, de quo nō satis inter Græcos & Latinos authores cōstare video. Plinius plerisque locis græcorū ixiā viscum nominasse dignoscitur, an recte tamen nescio: nam tragoriganū contra viscū potum, viperæq; ictum efficacissimū tradit. Item oxymel, vt inquit, antiqui profuisse fatentur cōtra serpentes quos sepas vocant, & contra meconium & viscū. Absinthij quoq; genera aduersari meminit fungis ex aceto, item visco: porrò testes castorum priuatim auxiliari contra viscum ex aceto. Rursus prodidit, rutā aut per se, aut pro antidoto tritis folijs & cum vino sumptis valere contra aconitum & maxime viscum. Resinas idem priuatim aduersari visco profitetur. Consimilia ferè Dioscorides suis locis reddidit. Siquidem in absinthij mentione ipsum aduersari venenis ixiæ cū vino censet. Itidem tragorigano dicato capite, omnia voluit genera in vino bibi contra potum ixiæ venenū. Fibrinos testes itidem propinat cōtra tormina, singultus, venena, ixiāque cum aceto. In libello quod venenis nūcupauit, ruta cum resina & castorio, vt singula denarij pondus æquent, vtitur. Resinam terebinthinā cum inibi commendauit aduersus ixiā, tum alibi, præsertim abietinam. Cōmemorat idem Dioscorides mulsū acetū, vel si maui oxymel, cōtra morsum huius viperæ, quam sepa vocant, haustum meconium, ixiāque auxilio esse. Denique vt rem in verba conferā paucissima, laudauit, in ixiæ veneni mentione, absinthium quod in aqua maduerit ex aceto mulso potum, laseris radicem, tragorigani decoctum, resinam terebinthinam, castoriū, nardum, iuglandes nuce, rutam, chamelææ & absinthij succum, quæ sparsim varijs locis aduersus viscum Plinius commendauit.

Quibus verbis inuicē vtrō citroq; collatis, Pliniū id veneni genus, quod Græci dixerunt ixiā, appellasse viscum euidentius est, quàm vt pluribus egeat probari. Scribonius Largus in eo medicinæ libro, quem Calisto nūcupauit, meminit ixiæ inter venena, tanquam longè discrepantis à visco: græcam nimirū vocem satis ignotam pro visco re vulgatissima nō v surpasset, latino sermone præditus

homo. Verba huius subdidimus, Ixia, quã quidam chamæleonta vocãt, odorem habet cum sumitur ocymi: pota linguæ tumorem facit, mentem abalienat, ventremq; & omnes naturales exitus supprimit. Adiuuantur autem læsi ab ea absinthio pota cum vino: item castorij denarij pōdo duo data ex vini cyathis quatuor & rutæ fruticibus quinq; vel sex. Facit bene, chamelæa denarij pondo tria ex vini cyathis tribus aqua mixtis. Datur nec minus laseris radix ex vino, & tragoriganũ eodem datum modo. Dioscorides de ixia scriptum reliquit, Ixia, quæ vlophonũ appellatur, inter potandum ocymi præfert odorem, vehementẽ linguæ suscitatur inflammationẽ, mentem mouet, omnes excrementorũ exitus firmat, strepitũ cum animi deliquio ciet. Iis intestina latrant, nec excernitur quicquam. Quæ de visco, quo in aucupijs vtuntur rura, capi non possunt, odore prorsus reclamante: mansum siquidem nequaquã ocymum subolet. Quinimò complures manducando citra quancunq; noxam viscum efficiunt, acinorum expuentes corticem enatorum in robore, malo, pyro, cæterisq; id genus arboribus, buxæo fruticis folio. Vires item ei ab eodem Plinio, & Dioscoride tributæ refragãtur: nam viscum quo captant aues emollit, discutit, panos mitigat, cæterasque collectiones ad maturitatem perducit, vlcera quoque cõmanducatum efficacissime sanat: ixia verò parit inflammationem præfertim linguæ, omnem supprimens excretionem. Pugnans itaq; viribus viscum & ixia: viscũmq; in censu remediorũ esse, ixiam in venenorum dũtaxat penu recondendum dubitabit nemo. Quinimò tantum abest vt viscum arboribus, præfertim robore, lectũ venenis annumeretur, vt secũdum Druidarũ sententiam, aduersus omnia lethifera remedio polleat. Iis constat euidenter Plinium rem venenatã cum salubri confudisse, ixiam visci nomine comprehendentẽ. Quod si à visco deflexum videatur, quasi viscilaginẽ dixeris ixiam, hoc causæ fuerit, consimilis vtriusq; lentor. Nam sicuti viscũ cuiuscunque rei cui hæserit, tenax est: ita si deuoretur ixias, omnia glutinat interanea, omnesque contrahit excrementorũ exitus & colligat. Sic forsitan cum pro veneno Plinium latina defecisset appellatio, maluit vti largiuscula nominis ambage, quã vel græcam sequi, vel nouam effingere nomenclaturam. Hoc vtique pacto Plinius ab erroris suspitione posset vindicari, quanquã Scribonius Largus antiquior eo, græco cõtentus vocabulo, libellis suis ixiaẽ vocẽ satis protriuerat. Nemo tamen ab hallucinatione tueri posset Arabes, et si huic familiæ fuerit addictus, qui viscũ aucupatorũ in censu venenorum annumerarunt: sed hæc ante nos Leonicens, vir acri ingenio & emũctissima nare, cum in hac monstrorũ expiatione, tum alijs æditis ab eo interpretationibus optimẽ de posteritate meritis, imò verius in debellandis domadĩsq; medicinæ prodigijs Italicus Hercules, hæc errata diligentissime diluerat, quæ adiectis quibusdã, vt eius firmaremus sententiã, repetiuimus. Monedi suntlectionis Plinianæ cupidi, vt viscum locis citatis & alijs plerisq; de veneno ixia capiat, nõ de eo quod aucupes in captãdis auibus vsurpant. Sed amplius forte quã res efflagitaret, negotiũ protraximus. Nõ sunt audiendi factionis Arabicę scriptores, qui græcorũ vocabulorũ vicinitate decepti, chamelæã, quã interpretantur meze-reon, cũ chamæleone cõfundãt, pudẽdo errore. Ii perperã Pauli freti testimonio, suũ mezereũ albi nigriq; discrimine notant, eiq; vires chamæleonis assignent: sed euidentior est hallucinatio, quã vt nũc debeat refelli, fat fuerit nobis defunctoriẽ huius mendii cõmonuisse. Sed iam quid ixias veteribus fuerit nunc est inquirendum.

Inter omnes conuenire video, chamæleonem non vbiq; lachrymam plorare, nec
 quocunq; anni tēpore: quibusdam enim in locis viscum profundit album, sub
 alis foliorum, præsertim appetente Canis ortu, quo thura nasci dicuntur, vnde &
 ixia, vt Plinius tradit, appellatur. Theophrastus scriptū reliquit, eum, qui in Cre-
 5 ta insula profilierit, lachrymā reddere. Dioscorides ad radices eius profundi viscū
 quibusdam in locis adfirmat, quo mulieres vtantur pro mastiche. Consultuimus
 super ea re Cretenses, qui adhuc chamæleonis visco pennas sagittarum conglu-
 tinari responderunt: adijcientes, foeminas inibi mandere lucubrationum gratia,
 ne somnū ineant in opere. Quibus constat non vbiq; sed certis locis, & statis an-
 10 ni temporibus viscum collachrymare. Is itaque chamæleo, qui viscum remittit,
 ixia, quasi viscarij cognomine donatus est. Hoc satis testatur Scribonius, qui ixia
 venenum quibusdam appellari contendat, quod & item Hesechius adfirmat. Is
 liquido constat, nō omne chamæleonis genus, ixia, quasi viscilaginis cognomen
 contraxisse, sed is duntaxat qui visco manaret. Quod discrimen præuidens Ni-
 15 cander, cum in alexipharmacis vlophoni veneni, quod omnium cōfessu chamæ-
 leo censetur, meminit, adiecta nota vlophonon ixioen, quasi viscosum protulit.
 Quod si quis, vt inquit, deuorarit, ocymū olebit, lingua exasperabitur, mox in-
 tumescens vredine flagrabit, eum deficiet animus, mens lababit, & stupore do-
 mabitur. Cibi & potus itinera velut inuiscata offercientur, spiritus offocabitur,
 20 elisūsq; veluti quodam maris strepitu, vel tonitrus fragore crepitabit. Cui reme-
 dia eadem repræsentat quæ Dioscorides & cæteri. Igitur ixias chamæleo quodā
 interaneorum conglutinatu perniciem molitur. Album quoq; chamæleonē re-
 gionibus, quibus viscum non expuit, veneficium non sortitur: sed dandum inte-
 rius acetabuli mensura succi eiusdem in vino austero cum origani scopis, ad pel-
 25 lenda interaneorū animalia præcipiunt Dioscorides, Plinius, Galenus: item hy-
 dropicis, etenim eos extenuat. Contra difficultatem vrinæ iubent deinde propi-
 nari. Occidit tamen canes suesq;. Mures item necat in polēta, nisi protinus aquā
 forbeant. Chamæleonem etiam nigrum ferre viscum vlceribus vtilissimū Plinius
 cōmemorat. Nigri radicem vt lethiferam improbavit Galenus, haberēq; nonni-
 30 hil veneficij profitetur. Suadet tantum ea foris vtendum aduersus scabiem, im-
 petigines, vitiliginem: esseque exiccantium tertij, & calfacientium alterius ordi-
 nis. Hoc discrimen Paulus Aegineta sentiens, priuatam in venenis mentionem
 nigro chamæleoni dicauit: idq; merito, cum notas longè ab ixia differentes, &
 dissidentia incommoda potus ostendat, nimirum si alia quoq; remedia repræsen-
 35 tauerit. Verba Pauli subiunximus, Assumptum chamæleonē nigrum vehemēs
 vellicatus sequitur, laborque cum stomachi subuersione, corpus totum tremore
 concutitur, mox conuulsio succedit, pituitosi spumantēsq; vomitus erūpunt.
 Sunt etiā qui cum singultu distortaque facie obmutescant. Prodest ijs triticeus
 cremor pinguis, calidūsq; potus, passum quoq; dilutum aqua. vomitio ciunda:
 40 lac hauriundū: mollis indatur clyster: fatus illinantur. Sed aduersus eū qui stran-
 gulatus & sugillationes mouerit, absinthium ex nitro & aceto mulso & radice
 bibēdum opponit. Iuuabit & fouere præcordia. Videre licet vtique nigri chamæ-
 leonis & ixia tam maleficia quàm notas omnino diuersas. Hinc ducor in suspi-
 cionem nonnihil à nimis sciolis librarijs Dioscoridi demptum fuisse, præsertim
 45 cum in recēsiōne venenorū, statim in opusculi fronte, radicum meminerit, quas

fundit chamæleo, thapsia, veratrum & ixia. In reddendis tamē notis & remedijs
 ixiam tantum prosequitur, cum tamen aliter atque aliter, vt ex antedictis patet,
 perniciem adferant. Hanc siquidem neruorum distentione, illam recrementoso
 suppressu necem moliri declaratum est. Nec est simile veri, scriptorem qui nihil
 in ijs intentatū reliquit, chamæleonis venena silentio prætermisisse. Nec me fu-
 git enarratorem Nicædri in alexipharmacis prodidisse genus esse blattarum co-
 lore nigrum, quod potum quiddam ocymi seminio proximū resipiat: sed error
 aperte repudiatur, nanq; Dioscorides in operis vestibulo, cum res quæ vim exi-
 tiosam habent, exposuisset, in ordinem ab animalibus, succis, liquamentis que se-
 creuit, & inter venenatas radices ixiam retulit. Visciferum chamæleonem qui vi-
 derunt, testatur herbæ illi consimillimā, quam vulgo *carlinam*, quod vel forsitan
 Caroli regis sit inuentum, vel potius euariata litera *cardina*, quoniam generi car-
 duorum assignetur. Theodorus chamæleonem vernilaginem interpretatur, se-
 cutus fidem Græci exemplaris Dioscoridis, nescio an rectius à re viscilaginem le-
 gi oporteat. Vtrunque viscigerum Plinius tradit, sicuti suspicor variciū scriben-
 dum, à varicibus quas etiam Græci ixias dicūt. Chamæleo niger quadraginta an-
 nis durat. E nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset: & foeminam, cui
 violaceus. Radicibus eorū lichenes curantur cum sulfure & bitumine vnā coctis.
 Cōmanducatis, aut in aceto decoctis, mobiles dentes stabiliūtur. Succo scabiem
 quadrupedum sanant. Ricinos canum necant, iuuenas anginae modo strangu-
 lant: quare à quibusdam vophonon vocatur, & cynozolon propter grauitatem
 odoris. Ferunt hoc viscum vlcerebus vtilissimum. Omnium generū radices scor-
 pionibus aduersantur. Radix trita, adiecto atramēti futurij momento, & oleo ce-
 drino, & axungia, scabiē discutit. Lichenas cum sulphure & bitumine simul in-
 coctis & ex aceto illitis tollit. Decoctæ succo colluere dentium dolores salutare.
 Eisdem cum pipere atque cera, pari portione circumlitus, sedat. Radice concis-
 sa & in aceto cocta dentes fouentur. Si radice feruenti indito stylo dens cauus
 inuratur, frangitur. Vitia cutis in facie, vitiliginēque cum sulphure emendat.
 Exedentibus medicamentis admiscetur. Phagedænas & tetra vlcera illitu sanat.
 Quare autem chamæleo vocetur, à varietate foliorum euenit. hic viridia, illic al-
 bicantia, aliubi cærulea, nonnunquam rubra inueniuntur.

Crocodilion.

Cap. X.



Rocodilion chamæleontis nigri figuram habet, radice longa, ali-
 quatenus lata, gustu nasturtij, aspero, semine rotūdo, clypeoli for-
 ma, duplici. Natales Plinio & Dioscoridi euariāt, ille in sabuletis,
 is syluosis & consitis arboribus locis nasci tradit. Suspisor itaque
 lubricum in altero vicinitate vocis mendum, librarijs, ἀμυδάριον pro
 ἀμυδάριον, vel contra scribentibus. Proxime ad hanc accedit, quam paulo ante *car-*
linam diximus appellari, vel quod recentior inuentio regi Carolo vendicetur, vel
 quod demutata vulgo litera *cardina* coeperit vocari. Nanq; chamæleontis effigiē
 repræsentat. Eam tamen esse nō ausim affirmare, iudicēt quibus frequētior q̄ no-
 bis adest conspectus. De facie non venit in dubium, sed odor rē apertissimè pro-
 det, qui vnice spinarum omnium æmulatur nasturtium. Semen quoq; circinatae
 rotunditatis, itidem declarabit, hoc insigni à cæteris discrimine, quod clypeoli

duplicis imaginem præbet. Id Galenus quoque prodidit odoratum haberi, inde ciundis vrinis efficax esse. Hæc ni fallor Aëtius intellexit, cum crocodiliadis radicem, quæ maxima sit, in capitis dolore commédauit. Feruefacta & pota in aqua radix sanguinem copiosum per nares pellit. Lienem consumere dicitur, ideo datur spleneticis, eos efficaciter iuuans. Semine vrinam cit. rotundum id, dupléxq; modo clypeoli.

¶ *Dipsacus.*

Cap. XI.

Dipsacus aculeatarum generis est, caulem habet altum, spinis horrentem, folia lactucæ prælonga, aculeis armata, in dorsi medio tubercula ceu bullas intus & extrâ spinosas, genicula eius binis folijs amplectentibus, concauo alarum sinu, in quo ros aut pluuius humor subsistit, vnde nomen herba duxisse videtur. In cacumine singulis furculis capitula sunt echinata spinis longiuscula. hæc postquam exaruerè redduntur incana, dissectaq; medullitus vermiculos ostendunt. Inuenitur in aquosis. Eam esse patebit spinam, qua rudes pãnos velut echino quodam expoliunt, detractisq; floccis fimbrijsq;, quas vocant crocydas, concinnant. Qua etiam detritæ vestes mangonio fullonum interpollantur, & in vilum muricatis orbibus restituuntur: hinc fullonius carduus cœpit appellari, vulgo *pectorius cardo* dicitur, quòd lanificia vncinatis verticibus aculeorum pectantur. Nostri nunc herbarij *virgam pastoris* nuncupant, quoniã asper huius caulis rubeam virgam æmuletur, quo ad abigendos leuios incursum opiliones possunt vti. Nã si contèpleris eam, offendes omneis huic notas respondere. siquidem hæc pastoria virga profert caulem binum cubitorum, imò qui sæpiuscule supra hominis altitudinem increseat, spinis horridum, geniculatū, lactucę folia, hispida, prælonga, quorum toruli bullantibus turgent spinis, dorlãque nocentioribus aculeis riget, frondibus binis singulos artus vtrinq; cõplectentibus, carinato alarū sinu, qui fidelis vel labelli modo roris & imbris pluuii capax sit: à qua, vt spero, cõditione, labri venerei nomen auspicatur. Gnaræ laticis huius auiculæ, cum solis ardētissimus opprimit æstus, huc adpelluntur ad satianda sitis desideria, illis facta bibendi potestate, anfractu liberalem potū ministrante. Scaporum fastigia echinato minantur vertice, resupina hamulorum flexura, mucronibusque leuiter vncinatis, quibus rude lanificium aspero ductu læuigatur, vt diximus: singuli tamen echini è rotundo in oblongum quadam tenuis turbinantur, inter quorum spicula puniceus emicat flos. Iis dissectis, in medulla vermiculos identidem nobis licuit inuenire: qui non offenderunt, paruum admodum videntur impendisse diligentiam. Caulis totus minacibus armatur aculeis. Tam thyrsi quàm apices echinati senectam sentientes incanescunt. Huius egregia capti specie notas frequenter obseruauimus. Aquarum scatebras & irriguos amnium margines, humetes specus, & madidos limites maximè sequitur: quæ ficcaneis, aut ieiuno prodit solo, strigosior. Seritur hodie multis in locis apud nos magno colentium prouentu, vtpote cum echini fullonū mangonio & complendis pannis oppidoquàm vtilis. Sanat rimas sedis: item fistulas, decocta in vino radice vsq; dum sit crassitudo ceræ, vt possit in fistulam mitti: item verrucas omnium generum. Quidam & alarū, quas modo diximus, succum ijs illinunt. Recondi iubet Dioscorides medicamentum

in ærea pyxide. Aiunt, formicas pensilesque verrucas tolli ea. Vermiculi quoque, quos diximus in capitulis nasci, folliculo inclusi & collo adalligati vel brachio in remedium quartanæ ferendi traduntur.

¶ *Spina alba.*

Cap. XII.



Sпина alba, Græcis acantha leuce, folia fert chamæleontis albi similia, angustiora, candidioraque, subhirsuta, spinis infesta, caulibus binos cubitos excedente, crassitudine pollicari vel ampliore, subalbidum & inanem. Vertici summo echinus infidet marini non absimilis, oblongior tantum & minor, floribus purpureis: in quibus semen cnici forma rotundiusculum. Prouenit montibus, locisque qui pubentibus lucis virent. Huius etiam spinæ flore villici, rura, pastores vtuntur in cogendo lacte, & in caseos spissando. Nobilior officinis Pæno, quæ patrio nomine, quæ mihi videntur sponte vel gratis in hanc gentem defecisse, *bedegarim* hodie vocant spinam albam. Quandoquidem hæc *bedegaris* spinis infesta riget, folijs chamæleonis albi, castigatoribus candidioribusque, caule tripedaneo, pollicari crassitudine & inani, ouali supra verticem echino, flore purpureo, cnici fœtu, sed rotundiore. Habetur sed inter arbores vel promiscua, quæ vulgo *spinus albus* Italis, Gallis *albus spinus* dicitur. frutex assurgit aculeatus pruni magnitudine, cortice ligni candido, molli folio, flore albo, odorato, acinis cum pubescunt viridibus, vbi per maturitatem inoleuerunt rubris, myrti specie, ligneo intus nucleolo. Dos eius omnis in odore, tametsi non defuerint, qui tradant hanc stirpem instar lauri fulmine non icti, nec vnquam de cælo tangi. Aiunt quoque pisces marinos floris odore percussos, confestim corruptionis sentire contagia, quod, vt arbitror, graui flagrantia acceptum ferendum est. Huius rei pisces gnari florem deuitant. Mirum est, si fulminis ictum tuta respuat, sed relatu hoc habeo, non certo scriptore. Vulgus deturbandis calculis vtitur acino, singulari, vt vidimus, remedio ex vino, quem peculiari vocabulo *senellam* nominat. Rustici viuas sepes hoc frutice extruunt, quod pecus minacibus aculeis valenter arceat. Albæ tamen spinæ nomine cognitam fuisse veteribus testis est Lucius Columella, qui de suo cibo loquens, omnem situm ruris pecus hoc vsurpare tradit. Nam & montibus & campis commodè pascitur, melius tamen palustribus quam sitientibus. Addit, nemora esse conuenientissima, quæ vestiuntur quercu, subere, fago, cerris, ilicibus, oleastris, tamaricibus, corylis, pomiferisque syluestribus, vt sunt albæ spinæ, Græcæ siliquæ, iuniperus, prunus, paliurus, achrades pyri. Hæc baccifera est vt constat, qua post messes adhuc porculatores suillos greges saturant: nec alia inuenitur, quod sciam, pomifera quæ vocetur alba spina, de qua potius inter arbores esset dicendum. Radix huius pota coeliacos, stomachicos, & excreationes cruentas adiuuat, vrinam cit. Tumoribus illinitur. Decocto eius dentes in dolore colluuntur. Semen conuulsis infantibus prodest. A serpente percussis auxiliatur. Sunt qui credant ea præunctum angues refugere. Spinæ albæ semen contra scorpiones iam remedio est. Corona ex ea imposita capitis dolorem minuit.

¶ Arabica spina.

Cap. XIII.



Arabica spina, quæ & Aegyptia dicitur, authoribus Galeno Pauloque duum est fastigiorum, candida & nigra. Magis celebratur in ea gente nigra, quoniam incorrupta etiã in aquis durat. Vtilissima nauium costis, ventrisque compagibus in fabrica. Candida imbecillior, faciliusque putrescens. Vtrique aculeus spinarum in folijs, semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice, flos coronis iucundus & medicamentis utilis. Cæsa tertio resurgit anno. Hæc gummi profundit, vt Theophrastus refert, nõ è cortice, sed in vasculo, quod optimum traditur vermiculatum, colore glauco, purum, sine cortice dentibus adhærens. Dioscoridi spinæ albæ similis esse creditur. Arbor tota, præterquam caudice, spinis horret, folijs ac germinibus aculeatis, magnitudine spectanda, vt cuius materies duodenum cubitorum proceritatem impleat. Fructum fert in siliqua lupino similem, florem ob elegantiam nectunt in coronas. Ex ambabus sua sponte gummi profluit. Semen lenticulæ refert imaginem. Sed hæc non dissident ab ea quæ fundunt acaciam, de qua inibi differendum. Plinius de Arabica & spina acacia seorsum, vt differentium, tractauit. Galenus & Paulus eandem & Arabicam & Aegyptiam appellant. Ipsa spissat, astringitque sanguinis excreationes, mensium abundantiam, cæterasque destillationes. Radix quoque sistit. Nascitur in asperis, etiamnum radice valentior.

¶ Cardui.

Cap. XIII.



Colymus folia fert chamæleonis & spinæ albæ similia, nisi quod nigriora sunt, & crassiora, caule oblongo, folioso, in cuius vertice spinosum caput subrigit, radice nigra & crassa. Herba cum recens tenerescit, in cibos, asparagi modo, recipitur. Sanè scolymos carduus intelligitur syluester, & agrestium nomine venit: quorum duo genera Plinio traduntur, vnum fruticosius à terra statim, alterum vnicauale & crassius. Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus, lanuginoso caule: sed alter purpureum florem mittit inter medios aculeos celeriter canescentem, & abeuntem cum aura, qui proprie Græcis dicatur scolymos. Radix vtriusque ex aqua decocta sitim potatoribus facere narratur. Hinc ille senariolus Columellæ,

Quæ dulcis Iaccho

Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti.

Scolymus carduorum generis est. Distat à cæteris spinosis, quod radix eius vescendo sit decocta, quæ nigra est & dulcis, Erasmostheni quoque laudata in pauperis cœna. Hunc quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat. Frutex nunquam cubitali altior, cristis foliorum nigricantibus. Venerem eo cibo stimulari Hesiodus & Alcæus poetæ testantur, qui florente ea cicadas acerrimi catus esse, & mulieres libidinis auidissimas, virisque in coitum pigerrimos scripserunt, velut prouidentia naturæ hoc adiumento tunc valētissimo. Theophrasti de scolymo, id est carduo sententia id sibi peculiare vendicauit, quod radicem tum crudam tum coctam vescendam sumministret, sed cibo gratissimam cum florescit.

Cum solstitium agitur (fit enim cum sol Cancri tenet hospitium) flos erumpit, senescens in pappos amittitur. Mirum est, quòd sine interuallo tota æstate aliud floret in eo genere, aliud cõcipit, aliud parturit. A culei flaccescente folio desinunt pungere. Ei semen vliginosum & armatum spina. Partum ei Theophrastus cõtrà quàm Dioscorides spinosum negavit, sed oblongum haberi cõtendit, quod sibi duntaxat velut proprium vsurpauit, inter ea quæ in folijs spinosam lanuginem fortiantur, contrariam chamæleoni nactus conditionem: ille enim, tametsi spinifero non constet folio, tamen quandam acani speciem gerit. Radix durata lacteum succum remittit. Congener scolymo carduus, circa Togeam nascitur, radice dulci, quam cum Pandius statuarum magister esitauisset, alienatus mente fertur. ex plantarum penu hæc Theophrasti verba deprõpsimus. Iam de altili carduo disseramus, qui in hortis, vt arbitror, cultus mangonio domita feritate mansuevit. O gulam audacem, quæ portenta terrarum in luxum & ganeam vertit, quæ nimirum conscia quadrupedes respuant: tantumq; voluptatibus nostra indulget ætas, vt iam ne quis dies sine carduo sit. Ea semper est illarum rerum cura, quæ veneris desiderijs obsonatur, & à culinis inierunt gratiã, vt magno vaneat, & maximi quæstus existimentur, carduetis multos nummos ærario reddentibus. Hæc altilis nemini non cognita, qui ganearum cupedijs subscripsit. Cinarã Lucius Columella vocauit, sic eam ijs numeris pingens,

- » Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
- » Potanti veniat nec Phœbo grata canenti.
- » Hæc modo pupureo surgit glomerata corymbo,
- » Myrtiolo modo crine viret, deflexaque collo
- » Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pungit,
- » Nunc similis calatho spinisque minantibus horret.
- » Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos.

Vtranq; tamen & syluestrem & satiuam videtur suis senariolis deliniasse. Hortensis folijs conspicitur albæ spinæ, vel syluestris cardui, caulibus altis, qui in Mauritania nonnunquam tantę proceritatis traduntur, vt duodenos cubitos longitudine & quaternos palmos crassitudine superent: quorum summi vertices in squarofum extuberant globum, corticosis vnguibus turgentem, spicisque squamatim cõpactilibus coagmentatũ, quorum orbis exterior viret, interior niueo candore nitescit. Hac structili nucleorum serie piceã nucem videtur exprimere, quare & strobilum Romanis dici Dioscorides asseuerat. Flos purpureo rutilat colore, qui tandem euanescat in pappos. Caput vetustate dissilit in corticeas laminas, semen ostendens cnici figura. Huic talis assignatur origo, si credimus Athenæo, Pythia primum ligneum canem appellante, nam Apollinem consulenti Locro, redditum est oraculum vrbem inibi conderet, vbi ligneo cane morderetur: tandem in cruce cinara vellicatus oppidum construxit. Sed Didymus cynosbaton potius, seu canis sentem intellexit. Hęc memoria nostra ferculum Gallis irrepsit. Nunc fere plurimæ hortorum aræ hac stirpe pubescunt, vt nec iam sine cibo hoc, nisi tempus anni neget, opipara vel adijcialis vlla sit cœna. Ligures *arcocum* vocant, vt prima vocis syllaba articuli vice preponatur, vti Mauritanis solet. Cocali siquidem nomine, nux pinea venit, cui similem modo diximus. Hinc in omne vulgus vernacula manauit appellatio, ab articulo statim interiectis duabus literis, & expucta

pro more vocali præcedēte, *articoclos*, vel curtato, vt ferè fit, vocabulo *articolis* tam
 Italis q̄ Gallis nūc dicitur. Romani *carchiophos* hodie nūcupant, quod vt herba, ita
 nomē, ab Italis petitū est. Adhibētur cōiuijs cinaræ asparagi modo iuribus inco
 ctæ, & ex oleo, sale, & aceto. Folia quoq; ineūte hyeme obruunt humo nōnulli, sic
 5 cādorē asciscere & amaritudinē exuere promittūt, vt in hybernos cibos gratius
 admittātur. Radices per hyemem ex sale & piperis polline secundis mēsis edunt.
 Nūc ferè nusq̄ cardueta spectātur. Cinaræ soboles per autūni æquinoctiū dispo
 nitur. Semen cōmodius circa Calēdas Martij feritur. Eius planta circa Calendas
 Nouēbres deprimitur, multoq; cinere stercorebitur: vnde quidā dici cinarā autu
 10 mēt, q̄ respergi cinere gaudeat, de quo nō nihil in etymo diximus. Octobri itaq;
 mēse cinarę stirpes fimo tinctæ pāgūtur, radicibus earū summis ferro resectis, ter
 nūmq; pedū spatio seiūgant incrementi gratia, pedali scrobiculo binę ternęve de
 positę. Semina Martio, luna crescēte, in paratis iam areis spatio semipedis discre
 ta nō altè deprimūtur, sed tribus digitis cōprehēsa, donec ad primos articulos ter
 15 ra perueniat, mergūtur, opertāq; leuiter, si æstus interuenit, rigētur: cū adolescūt
 herbis assiduē liberētur. Cauendū tamen ne pangātur inuersa, nam incuruas, de
 biles, & pumilas creabūt cinaras. Si seminū cacumina frangātur, nullis horrebūt
 spinis: si triduo macerata in odorato quouis liquore, deinde siccata deponantur,
 eiusdem saporē referēt, cuius humorē semina cōbiberint. Cinara, vt Græci scri
 20 bunt agricolæ, Nouēbri mēse deponi debet, vt vere suos foetus largiatur. Vere sa
 ta, aut vix eodē anno fructū dabit, aut elanguescēs gracilē ac strigosum promet.
 Soboles quæ vegetioribus adnascuntur caudicibus, falcis mucrone diducta terra
 cū aliqua parte radicibus sunt eruendæ, vt per alia spatia digerātur: sed solū bene
 subactū & vetere fimo saturatū desiderāt. Iugitēq; cū æstus interuenit rigentur,
 25 donec plantaria solidescāt. ita curata tenerū & vberiorē echinū exhibebūt. Si se
 mina madefeceris per triduū rosarum succo, vel liliorū, vel laurino oleo, vel al
 terius cuiuscunq; suauiter olentis liquore, eiusdē odoris orietur cuius semina lac
 ticē hauserint. Si seminū acumina lapidis attritu retundātur, spinis carebunt, an
 nōq; toto per hūc modū cinaras creari cōfirmant. Lauri referēt odorē, si in bac
 30 cam eius excauato foramine cinaræ semē imprimatur. Sine aculeis etiā nascētur,
 si delibrata lactucæ radix in tenues particulas disseccetur, & singula semina singu
 lis indita segminibus obruātur. Radicē mures mirè expetūt, captiq; huius volu
 ptate ad eā cōcurrūt, vorantq;. Arcet eorū insultū lana radicibus obuoluta: item
 suillum stercus vel ficulneus cinis radicibus oppositus, cæca rerū discordia, vt vo
 35 lunt, incursum abigēte. Dulces proueniēt cinaræ, si semina lacte & melle madue
 rint, dein siccata deponātur. Talpæ radicibus inimicæ, etenim teneras mordicus
 apprehendētes erodūt. quare vt ab hac peste vindicētur, pangūt aliqui in solido,
 ne terra ab ijs infestis animalibus facilius perforetur. Cōtra talpas, catos frequē
 ter in medijs carduetis obijciunt, mustelas habent pleriq; māsuetas. Alij forami
 40 na earū rubrica & succo agrestis cucumeris implerūt. Nōnulli iuxta cubilia talpa
 rū plures cauernas aperiūt, vt illæ territæ solis accessu fugiant. Pleriq; laqueos in
 aditu earū fetis pendentibus ponūt. Singulis annis à codice stolones auellendi,
 vt nec matres fatigētur, & soboles per alia distribuatur spatia. Tāta huius foecū
 ditas, vt propagines colibus auulsas humi depactas comprehendere narrent, sæ
 45 pēq; anno eodē & colem & echinū producere. Quas reseruare libuerit ad semē
 ff. j.

tem, liberatas omnibus pullis, superteges testa vel cortice. Solent enim huiusce-
 modi feminia, sole vel imbris vitiari, suoque iam effoeta ingenio perire. Quæ si
 vel exucta solibus vel imbris aspergine rancida, solo credantur, cardueta suo de-
 coquēt olitori. Gētilis huic, si credimus Athenæo, cactus est. Phæniæ Sicelicā vo-
 cat, q̄ alibi haud temere q̄ in Sicilia nobilis: in qua, vt placet Theophrasto, tātum
 nascitur, suæ proprietatis & ipsa, cuius in terra proserpunt caules, & humi statim
 procūbunt è radice emissi lato folio & spinoso. Siculi, quoniā in ea nihil nō edule
 fuisset, singulis partibus singula dedere nomina, caulésq; vocant cactus, quos de-
 squamatos nō fastidiunt in cibis, & vt amaritudinē exuant, inueteratos muria ser-
 uāt. Caulem, qui in rectū euehitur, appellant pternica, eiusdem suauitatis sed ve-
 tustatis impatientē. Inuolucricortex, in quo semen residet lanuginosum, echina-
 ta facie sæuit, quo detractō teneritas eadem inest, quæ palmæ cerebro, hūc vocāt
 ascaleron, ita retulit Athenæus Theophrasti verba citās. Hinc suspicor apud Pli-
 nium, in mentione cacti, deprauatā ascaliæ lectiōnē, vt apud Theophrastū scaliæ,
 vel Athenæo subesse mēdam: satis fuerit nobis obiter alterius errati cōmonuisse. 15
 Porrò qui spiā, vt verbis vtar Athenæi, non his suusus, sed fretus ingenio dixerit
 intrepidè, cactum hāc esse herbā quæ carduus dicitur Romanis, nō longo inter-
 uallo à Sicilia distātibus, dilucidēq; cinara Græcis: mutatione siquidē duarū lite-
 rarū, inquit, cactus & cardus idem fuerit. Manducatus carduus odorē cōmendat
 oris, in quē vsum nucleos spicatum cohærétes desquamāt, sectilésq; laminas man-
 dunt. Nec me fugit, Aeginetā Paulū Aetiūmq; scolymon à cynara diremisse, hāc
 officere stomacho, illū prodesse monstrātes. Nec inuenio Græcis aliud haberi dis-
 criminis, q̄ quòd scolymos ferus est & syluester, cinara vero domita cultu rudita-
 te mitior & altilis: cuius cibus, licet sit stomacho grauis, non protinus à scolymis
 natura viribúsq; degenerauit. Verba Pauli è salubribus placitis subteximus, Om-
 nia spinosi generis olera, ceu scolymus, atractylis, & id genus reliqua, stomacho
 cōmoda, præter cinarā, quæ prædura succū creat improbū: quare cū oleo, garo,
 & coriandro decoctā præstabit cibus exhibere, quasi cum ijs rebus coctura leniter
 hanc noxā amoliat. In reddendis tamē medicinarū viribus cinarā subticuit, eā
 sperās scolymi fastigio satis iri cōprehensum. Cinarā Græci magnis laudibus ex-
 tulere. Callimachus editos tradit mōtes circiter Arcanicū mare, spinosa cinara
 pubescere. Addit, & Chorasmiarum agros hac spina passim vestiri, cāpósq; circa
 Indū amnē eadem virescere. Polemō est author, plerōsq; tractus inhorrescere ci-
 nara, sed apud se montē ambitiosum ijs vbiq; fruticibus rigere. Ptolemæus Aegy-
 pti rex memoriæ prodidit, iuxta Berenicen Libyæ, magnā cinaræ vim plerisq; lo-
 cis enasci, qua decerpta milites ipsum secuti victitassent, ei spinis adēptis vescu-
 dam obtulerūt, alioqui mandi nō potest. Scolymon in cibos recipit Oriens, radi-
 ce nigra quidē, sed dulci. Erasthotheni laudata in pauperis cœna. Vrinā ciere præ-
 cipuè traditur, sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerem stimulari in vino, He-
 siodo teste, qui florēte ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis auidis-
 simas, virósq; in coitū pigerrimos scripsit, velut prouidētia naturæ hoc adiuu-
 mento tūc valentissimo. Graueolentiā alarū emendat, si emedullatæ radicis vncia in
 vini falerni heminis tribus decocta ad tertias & à balneo ieiunō, item post cibum
 cyathis singulis pota. Xenocrates promittit experimēto vitiū ex alis per vrinam
 effluere. Dioscorides in graueolētia alarum, totiúsq; corporis iubet illini. In vino 45

decocta si bibatur, tædia eadē emēdat, vrināmq; detrahit copiosam foetentēmq;
Herba recēs in cibos asparagorū more transit. Syluestriū carduorū duo sunt ge-
nera, vnū fruticosius à terra statim, alterū vnicaule, crassius. Vtriq; folia pauca, spi-
nosa, muricatis cacuminibus, sed aliter florē purpureū mittit, celeriter euanescen-
5 tem & abeuntē cū aura, scolymon Græci vocāt. Hic anteq̄ floreat contusus atq;
expressus illito succo alopecias replet. Radix cuiusq; ex aqua decocta potatori-
bus fitim facere narratur. Stomachū corroborat, & vuluis, si credamus, etiam ali-
quid conferre traditur vt mares gignātur, ita enim Cherias Atheniensis & Glau-
cias scripserūt. Manducata cinara odorē cōmēdat oris. Galenus eius cibū, cū du-
10 ritia cōtraxit, vt mali succi, dānat, qui in biliosum humorē abeat: cū vero iam in
lignū occalluit, atrā creat bilē adeò, vt ex eius dura parte bilis atra, ex succo eius,
tenuis & biliosus humor enascatur. Proinde coctā comesse prestiterit cū coriandro,
dein ex oleo, garo, vinóq; sumatur. Si tamē in sartagine vel patinis ad esum pare-
tur, coriandrū nō erit addendū. Pleriq; cacuminū echinos mādūt eósq; vocāt spō-
15 dylos. Aliqui protrita vulgo vocabula cōtēnentes per, y, cynarā scribere malūt.

Poterion.

Cap. XV.

Poterion, siue vt Iones neuras, largè fruticat ramulis lōgis, mol-
libus, lentis, tenuibus, tragacanthæ proximis, folijs gracilibus,
paruis, rotundis, cortice tenui, spissa lanugine vestito, & spinis
20 hispido, floribus herbacei coloris longis, semine odorati gustus,
acri sed inofficioso. Nascitur in aquosis collibus. Radices agit in
altitudinem binūm ternūm v' cubitorum, firmas, neruosas: qui-
bus proxime terrā incis, lachrymam profundit è vulnere gūmi similem. Plinius
ita depinxit poterion, largè fruticat, spinis retorrída, lanugine spissa, folijs paruis,
25 rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris.
Seminis nullus vsus, sed gustu acuto, & odorato. Inuenitur in aquosis collibus.
Radices habet duas aut tres, binūm cubitorūm in altitudine, neruosas, candidas,
firmas. Alibi tamen Plinius, cōtrā q̄ hic flores ei paruos reddidit, radices multas,
neruosas, bene olentes: nec satis sibi videtur his locis cōstare. Fecit hoc dissidium
30 exēplariorū varietas, μαχεξ, pro μυχεξ, vel cōtrā, longe diuerso sensu, sed errore
perquā lubrico, scriptitātium. Audiui de quibusdā rei herbariæ prudentibus, tale
quid in aquosis tractibus reperiri, sed nomine vacabat rusticario, q̄ nullus fruticis
huius apud eos inoleuisset vsus. Felices rerū copia Galli, sed permultis defuncti no-
minibus suas dotes nō possunt exprimere. Ii hac facie repræsentabant, fruticosi
35 generis, longis spinosisq; flagellis horrēs, densa alioquin obductis lanugine, folio
paruo, circinato, flore gracili quidē, sed promisso & herbofo, seminio suauiter o-
lente, radicibus bicubitalibus, torosis, cādicātibus, odoratis, cōcretas gūmiū mo-
do lachrymas prope radicē inueniri promittebāt: sed an hæc fuerit necne nō au-
sim affirmare, quoniā nec hærentē nec vulsam adhuc mihi videre licuit. Galenus
40 hæc appellatione neuradis voluit intelligi. Circūfoditur autūno, & præciso fruti-
ce dat succū gūmi simile. Radix mira sanādis vulneribus traditur, præcipuēq; ner-
uis vel præcisis illita. Decoctū quoq; eius cū melle potū dissolutiones neruorū &
infirmities & incisuras iuuat. Tusa Dioscoridi præcisis neruis, & vulneribus glu-
tinandis illinitur. Decoctum eius contra omnes neruorum affectus valet.

¶ *Acanthion. Acanthus.*

Cap. XVI.



Canthion herba similis albæ spinæ, folijs minoribus, per ambitū aculeatis, & lanugine quadā araneosa obductis, qua depexa vestes Oriens bombycinis similes textit. Inuenitur in agris propter limites & vias spina candicantibus folijs, albæ spinæ nō dissimilibus, quæ per ambientē oram tantū aculeos erigūt, & spissa pubescūt lanugine, quæ facile quidē in flocculos depecti posset, sed vsq; eo fragiles, vt inde nec telas ordiri, ne fila ducere quis valeat. An sit acāthion necne asserere nō ausim. Acanthij vel folia vel radices ad remedia opisthotoni bibūtur. Acanthus in magna fuit olim ambage: nā topiaria & vrbana herba, elato longóq; folio, crepidines marginū ad surgentiūmq; puluinorum toros in hortis historiali venere conuestiebat, suóq; ductili flexu identidem in topiariū opus intorquebatur, quod Virgilius georgicis filere noluit,

» Nec flexi tacuissē vimen acanthi.

Ea quoq; Maroni poculi pastoralis, quod Alcimedon ei finxerat, ansas amplectebatur. Corinthiarū etiā columnarū capitula nō ineleganti foliorū cōplexu decorabat. Cuius inuētio, si Viētruuius credimus, sic esse facta memoratur, Virgo ciuis Corinthia iam matura nuptijs, implicita morbo decessit. Post sepulturā eius, quibus ea viua delectabatur poculis, nutrix collecta cōpositaq; in calatho pertulit ad monumentū, & in summo collocauit, & vti pēmanerent diutius sub diuo coctili latere textit. Is calathus fortuito supra radicē acanthi fuerat collocatus. Interim pondere pressa radix, media folia, & cauliculos circa vernū tēpus profudit: cuius cauliculi secundum calathi latera crescētes, & ab angulis tegulæ, necessitate ponderis, expressi, flexuras in extremas partes volutarum facere sunt coacti. Tunc Callimachus, qui propter elegātiā & subtilitatē artis marmoreę Catatechnos ab Atheniensibus fuerat cognominatus, præteriens hoc monumentū, animaduertit calathum & circa foliorū nascentē teneritatem, delectatūsq; genere, & formæ nouitate, ad id exemplar columnas apud Corinthios fecit. Sed nō satis licet demirari, rem veteribus tam celebrem & in laude plurimorū habitam, nūc profus neglectā obsoleuisse, soli sq; nunc colonis effigiei priscae vestigia quædam nūc extare videmus. A Dioscoride sic deliniatur, Acāthus folijs lactucæ, multo latioribus, ac longioribus, erucæ modo laciniatis, pinguibus, molli læuore nigricantibus, caule duūm cubitorū, digitali crassitudine, glabrescente, subnigro prope fastigiū, per interualla circundato, foliolis quibusdam paniculas oblongas nucamentāve referentibus, spinosis, è quibus flos promitur candidus, semen oblongū, luteū, caput thyrsi specie, radices glutinosæ, longæ, rubētes, muscosæ. Nascitur in viridarijs humēte solo petrosóq;. Quæ designatio, nec fallor, eā noscitur explicare quā officinæ vocāt *branchā vrsinā*. siquidē quinis senisve folijs extēditur, lactuca lōgioribus, multo latioribus, vt quæ nōnunq̄ cubiti lōgitudinē æquēt, pinguibus, carnosis, erucæ ritu laciniosis, nigro colore nitētibus, caule tripedaneo, digitali crassitudine, læui, cuius vertex foliorū in aculeos molles exeuntiū cingitur vallo, & velut in dehiscētē paniculam nucamentūmve fastigiatur. Summatim caput erumpit thyrsi figura, flores candidi, semen oblongum, luteum, radicibus oblongis, pinguibus, lentis. Hęc folijs liras arearum, puluinos, & porcas obuelat:

nec alia nobis adhuc visa fuit, cui descriptio ad amissim magis respondeat. Hæc non esset in aculeatarū censu, nisi foliolorū extrema per caulē in spinulas occalescerēt. id quod, vt arbitror, cognitionē aboleuerat, cū exactiorū aculeatarū classe disquiriretur nusquā inuenta. Id notatu dignū succurrit, in Græcis exemplaribus scriptū inueniri *ὑακινθώδες σφυλλοκρίσις*, cum legendū potius fuerit *ἀκανθώδες σφ*, id est spinosis foliolis, nō hyacinthinis. nā si quis oculos cōsulat, inueniet minuta caulis folia, nec figura nec colore hyacinthinis respōdere, quin potius exilia & spinulis armata. Verū ea quæ humi procūbūt amplissima, vt quæ arearū puluinos possint inuestire, cōperiet, nullis tamen aculeis rigētia. Quare Plinius duo genera merito statuit, alterum læue, quod pæderota vocant, alij melamphyllon, cuius nec folia nec caules vllis muniuntur spinis: alterū aculeatum & crispū, quod Dioscoridi syluester acanthus dicitur, spinosi generis, carduo proxima, breuior q̄ quæ in hortis proueniat altilis & fatiua. Hūc acanthum vtiq; constat læuem glabrūmq; nullis horrere spinis, sed vrbānū satū cultūq; letari, velut agrestē esse ferū ac exertis aculeis aperte minitari, & diligentia ac olitoris officium respuere. Nescio tamen si quādo syluestris cicurata feritate mansuescat, vel cultoris opera iugi mitigetur. Virgilius Maro nūc mollē, nunc ridentē acanthū, nūc flexilē recinit: sed georgicon secundo refert baccas semper frondentis acanthi. Seruius inibi dictam acanthum interpretatur, quasi spinis plenā: nam spinosa, inquit, est arbor, in Aegypto semper frondens vt oliua, vel laurus abunda. Hæc etiam in Cyrenaica insula. Sed homo literator, parū rem herbariā callens, acanthum cū Aegyptia spina confudit, quæ plurimū ab illa dissidet. Sed ne quempia baccæ male habeāt acantho destinata, non ignorandū est, semen fabuli magnitudinē exhibere, quod inuolucro vestitū in quandā baccæ specie exit. Acanthum Græci quoq; pæderota nominarūt, quod & Dioscorides & Plinius testantur. Pausanias tamen author est, genus herbaræ sicyonis in vno tantū Veneris septo nasci, pæderota nomine, folium fundens fagino minus, & iligno maius, omnino quernis simile, altera parte cādido, altera subatro velut albæ populi. Hæcibi tantū spectari, præterea nusquā gentiū. Genus etiam vnguēti pæderota nominarūt, quo sibi Demetrius Phaleræus os illinebat. Hoc mulieres nimiū cutis candorē occulebant, & vernaculum faciei colorē cofuco mentiebantur. Alexis poeta scēminas albore nimio decolores vt pæderote solitas in comœdia significauit, quod & Aegyptiū vnguentū dicitur. Hallucinantur, qui vulgarem spinam, de qua pauloante disseruimus, acanthum esse putent, cum illa in arborum censu fuerit, acanthus inter herbas sibi locum vsurpauit. folium quoq; apertissime reclamationat, quod lactucea specie fimbriatum conspicitur: alteri perquā exile, vitigineū. Caulis huic binūm cubitorū proceritate cōsurgit, lentum, flexile: caudex illi arboreus, prædurus, flecti cōtumax. Is nullis cingitur spinis, illē durissimorū aculeorū septo sæuit. An frutex ille spinosus, quo viua sepes hortorū conferūtur, appendix spina Plinio dicatur, nō ausim asseuerare, quā in ea baccæ rutilo colore pēdeāt, & ob id appendices veteribus nominētur, & aluū citam ac tormina cōpescunt, nec plura tradi veteribus inuenio. Hanc inter arbusculas pyxanthæ & paliuro Plinius coniunxit, vtpote cui cū illis nonnulla germanitas intercederet. Eam esse ne illud quidem à vero nimiū abscesserit, cum in fruticum censu reputetur, bacculæque pensiles puniceo colore rutilent: & si quis vires explorare voluerit, illis quæ appendici spinæ assignantur, inueniet prorsus

assentiri. nam baccae citam aluum firmant, & tormina leniunt, de qua nonnihil supra diximus. Huius radices vltis, luxatis mirè profunt: item ruptis, conuulsis, phthisim metuentibus incoctæ cibo, maximè ptisana. Podagris quoq; illinuntur tritæ & calfactæ calidis. Vrinâ potu deuocant, aluû sistunt. Syluestris spinæ radix ad eadem, quæ mox dicta, pollet: quare ambustis igni, luxatis artubus illita subuenit. Pota vrinâ cit, aluû cohibet. Ruptis, cõuulsis, tabè sentientibus mire prodest.

¶ Anonis, Spina alba. Cap. XVII.



Nonis folio veluti præcedentium compluribus nõ inest aculeata mordacitas, sed secûdum spinâ habet foliû vt tribulus. In ramis quoq; spinas habet apposito folio rutæ simili, toto caule foliata, in modû coronæ. Theophrasto spinosa post ver, & aculeata ramis anno durat, folio rutæ, toto cole per interualla collocato, vt coronâ videatur repræsentare. flos illi mutilus emicat in siliquâve cõseptus. Nascitur culto solo, pingui, & glutinoso, precipuè in segetibus aratri inimica, viuâxq; supra modû. Cû enim letâ nacta tellurè hæserit, in altû agitur, & sese propagat quotânis furculos è lateribus fundens. Secuto anno sese radix penitus insinuans spargit, pluribus ramis luxuriâtibus: idèoq; rûcanda, & radicitus eruenda. Conuenienter extirpabitur, cû terra maduerit imbribus, sic enim facilius emoritur: aliàs si quæ manserunt humi reliquæ, restibili fœcunditate reuiuifcet. Aestate germinatione suâ auspicatur, à frugibus perficitur, autumno sui incrementi finè faciès. Anonis Dioscoridi dodrantalibus ramulis fruticat, aut paulo maiusculis, intercedentibus geniculis, & cauis alarû multis, orbiculato capite, folijs exilibus, modo lenticulæ pufillis, propius ad rutæ vel fœnarij loti effigiè exeûtibus, subhirsutis, odore iucûdo. Anteq; spinosa fiat, ramuli gerût acuminatas spinas, spiculis firmioribus nõ dissimiles. Radice cãdida nititur. Plinius anonim fecit ramosam, post ver spinosam, si milèmq; fœno græco, nisi fruticosior hirsutiórq; esset. Hæc nostratibus officinis prorsus ignota, quod demiror, cû messoribus & fœnifecis præclarè cognoscatur, qui sæpissime spiculatorû in segetibus latitantiû noxam experiûtur. Nam etsi prædura sit & callosa cutis eorû, maxime tamen aculeorû aciem reformidat, quâ solet cruribus nudis ac pedibus adigere. Vernaculi mei Sueffiones *bugraues* appellât, q; forsitan arantibus iumētis ac bubus infensæ sint & graues: alij *bugrandes*, quod promisso mucrone spina rigeat. Herbarijs nûc *resta bouis*, q; in opere boues subinde sistat, nominatur. Nanq; *bugradis* hæc ramos spargit fruticosos, dodrâte pedis longiores, frequentibus cinctos articulis, à quibus alæ fundûtur. Capitula exerit circinata, folia lentis exilia, ad rutæ vel pratensis loti figurâ spectantia, quadâtenus hirsuta, iucundû odorè expirantia, inter quæ nocentiores & mucronatæ cuspidis aculei quasi spicula subrigûtur. Flos fere pisi dilutiore micat purpura, quo decussa falcata prodit siliquula. Radix vltro citróq; vagatur. Nihil in aruis hac peste frequētius occurrit, sed cultis maxime gaudet. Hac viret post messes restibilis ager, quæ nõ modo ingredientiu pedes offendit, sed aratrû remoratur, illi se tã pertinaciter inuoluit, vt vix possit explicari. Lætior tamen in proscisso iteratôq; solo cõsurgit, plurimû alieno frugû labore proficiès. Hanc ab ineûte pueritia meo periculo nouerã, cum per agros discurreti mihi sæpiusculè vulnus impressisset. A salgamarijs olim fale condiebatur cibus gratissima. Hæc muria quoq; seruauimus ad refricandû veterè vsum, qui prorsus obsoleuerat. His os mirû in modû com-

mendat quibus anima foetet. Anonis Dioscoridi dicitur, Theophrastus & Gale-
 nus ononim appellare maluerunt. Ononim Dioscorides loto foenariae seu pra-
 tensi similem, Plinius foeno graeco fecerunt, nullo tamen insigni vel notatu digno
 discrimine. Nam foenaria lotus pratensis ve folio foenugraecu videtur emulari, vt
 suo loco docebitur. Estur in muria condita. Recens vero margines vlceru erodit.
 Radix decoquitur in posca dolori dentium. Eadem cum melle pota calculos pellit.
 Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. Radix excalfactorij est ge-
 neris, & extenuantis. Cortex in vino potus vrinam ciet, calculos rupit, emarginat
 vlcerum puluinos. Radix in posca decocta dentium dolores collutione mitigat.
 Decoctae succus haemorrhoidas sanare creditur. Radix spinae albae comanduca-
 ta dentium dolorem sedat: item lateru & lumboru semine potu drachmis octo
 aut succo. Eademque ruptis conuulsisq; medetur. Ischiadicis prodest decocto
 cyathis tribus ex vino potu. Succus radice ad omnia eadem bibitur.

Tragacantha. Eryngion.

Cap. XVIII.

TRAGACANTHA frutex est spinae candidae non dissimilis, surculis hu-
 milibus, robustis, late se diffundentibus, inter quos freques co-
 ma, sed breuis, caecis spinis intercurrentibus horrida, quae sua fro-
 de cotegantur, & candidae valentesq; rigescant, radice lata, surcu-
 losa, supra terram emergente, qua discissa stillat ex vulnere succus,
 qui coalescit in lachrymam, gentilitium nomen referentem. Optima est
 pellucida, leuis, sincera, gracilis, subdulcis. Haec Theophrasto authore, tantum antea
 nasci in Creta credebatur, nunc vero in Achaia, etiam Peloponnesi alijs locis, & Asiae,
 circa Media comperiri certum est: lachrymam tamen non incitura sed sponte manando
 spissescere, contra quam Dioscorides, Theophrastus existimauit. In Arcadia quoque
 passim prouenit. Cretica deterior, aspectu tamen praelata. Herba utpote peregrina
 Galliae & prorsus exoticam nostrates herbarij non norunt, lachrymam tamen nullam
 non cognoscunt officinae, interpolato nomine dragagantum gummi nunc appellantes, cuius
 innumerus propemodum inoleuit medicis usus, ijs notior quibus stirps fuerit ver-
 nacula. Usus eius ad oculorum medicamentum, scabritias arteriae, tusses, raucedines,
 destillationes in eclegmate data cum melle. Sugitur item linguae subiecta. In passo
 madefacta drachmae pondere bibitur contra renu dolores & vesicae rosiones, ad quae
 sumitur cum cinere cornu ceruini eluto, aut cum alumine fissilis exiguo. Vlcera pur-
 gare cum melle traditur. Eryngion aculeatarum generis est. Huic folia lata & extre-
 mo ambitu aspera, gustu odorata: sed ubi adoleuere, multis caulium fastigijs in spi-
 nas aculeantur. In cacuminibus capitella in formam pilae coacta cernuntur, sepien-
 tibus stellatim aculeis, per orbem acutissimis praedurisq;. Colos ijs modo candidus,
 modo viridis, modo caeruleus inuenitur. Radix oblonga, lata, summo cortice ni-
 gra, candida interius, pollicari crassitudine, odoris boni. Nascitur in caepes-
 tribus & asperis. Folia tenera sale condita in graecorum cibos recipiuntur. Hanc officinae
 vocant iringium corrupto, ut constat, vocabulo. Multi centum capita vocant, nam
 aculeata conspicitur, fruticosa, folijs per extrema spinosis, odoratis, caule cubi-
 tali, in cuius vertice coacta in globum capitella, muricato spiculorum vallo, stel-
 lae modo radiantur, quorum colos in pubertate viridis, adultae caeruleus, flacce-
 scenti candidus conspicitur, radice pollicari, intus alba, foris nigra, sed odorata,
 quam hodie Gallia saccharo vel melle condit, eryngiatum vocat. Dioscorides vna

specie contentus est. Plinius albi & atrii discrimina fecit, eryngen statuens duram, fruticosam, spinosis folijs, caule geniculato, cubitali & maiore aliquādo, aliam al-
 bicantē, aliam nigricātem, radice odorata. Satiua, vt inquit, quidē est, sed & spon-
 te nascitur in asperis & saxosis: in litoribus maris durior nigriórque, folio apij. Ex
 ijs candidam Latinis dicit centum capita vocari, vtranq; & caule & radice in ci- 5
 bis græcorum recipi, vtroq; modo siue coquere libeat, siue cruda vesci. Portēto-
 sum esse quod de ea tradatur, radicem eius alterutrius sexus similitudinē referre,
 raram inuentu, & si viris contigerit mas, amabiles fieri: ob hoc & Phaonem Les-
 biū dilectum à Sappho. Multas circa hanc non magorū solum vanitates, sed etiā
 Pythagoricorum. Atræ caulis ex cyaneo nigricat, folio prolixo, lanuginoso, flo- 10
 re aliās cæsis, aliās purpureo, globosis capitibus & stellatis. Colligi hanc quidam
 iussere, cum sol Cancris tenet hospitium. Aëtius eryngium montani cognomine
 folijs depinxit paruis, angustioribus, aureo flore, figurā oculi repræsentante. Ari-
 stoteles de eryngij natura differens, scriptū reliquit, Si ex grege caprillo dux cau-
 lem eryngij morso raptū sustulerit, & ipse & grex statim subsistat. quod Plutar- 15
 chus Symposiacorū septimo firmavit, volens, cum capella in os eryngion indi-
 derit, totum gregem sistere gressum, ac pedem remorari. Qua de causa, vti spe-
 ro, acervis frumēti, ne ab ijs animantibus impeterentur, olim solebat superponi,
 vel potius, q̄ pecus forsan minacibus aculeis abigeret, & vndiq; confluēs arceret.
 Clara aculeatarū generis erynge est, contra serpentes & venenata omnia nascēs. 20
 Aduersus ictus, morsusque radix eius bibitur denarij pondere in vino: aut si ple-
 runq; tales iniurias comitatur & febris, ex aqua. Illinitur plagis. Efficax cōtra ra-
 nas: item cōtra toxica & aconita, in iure anseris decocta traditur. Sūt qui aduer-
 sus toxica cū rana decoquāt, cæteri in aqua. Caule & radice in cibos græcorū rece-
 ptis vtroq; modo, siue coqui libeat, siue cruda vesci. Auxiliatur inflationibus, tor- 25
 minibus, cordis vitijs, præcordijs in aqua mulsa, lieni in posca: item ex mulsa reni-
 bus, strāguriæ, opisthotonicis, cōuulsionibus, lūbis, hydropicis, comitialibus, mu-
 lierū mēsisibus siue subsidāt, siue abundēt, vuluarū omnibus vitijs. Extrahit infixā
 corpori cū melle. Strumas, parotidas, panos discutit. Recedētes ab ossibus carnes
 sanat cū axungia salsa & cerato: item fracturas. Præsumpta crapulā arcet, aluum 30
 sistit. Aliqui sub solstitio colligi eam iussere. Ex aqua cælesti imponi omnibus cer-
 uicis vitijs, oculorū quoq; albugines sanare adalligatā tradiderunt. Naturā ei ex-
 calfactoriam Dioscorides reddidit. Vrinam, vt ait, mensēque trahit, inflationes
 discutit, torminibus & iocinerum vitijs occurrit. Cōtra serpentium ictus & hau-
 sta venena in vino remedium est. Bibitur ad multa cum semine pastinacæ, pōdere 35
 denarij. Tradunt adalligatam vel illitam vomicas discutere pota cum hydrome-
 lite. Radix opisthotonicis & comitialibus medetur.

¶ Aloë.

Cap. XIX.



Loë scyllæ similitudinem habet, folijs pinguibus, crassis, in lati-
 tudinem se modicum fundentibus, rotundis, & retrouersum re- 40
 pandis. Ea vtrinq; ex obliquo lōgioribus interuallis striantur, &
 in spinulas desinunt retusas truncasq;. Caulem erigit antherici
 non dissimilem, in quo flos albus emergit, semen asphodeli. To-
 ta grauem expirat odorē, amarissima gustu, radice singulari, ceu

palo in terrā adactō. Copiosissima nascitur apud Indos, vnde succus quoq; defertur. In Arabia prouenit Asiāq; & aliquot maritimis locis, infulis, vt in Andro. Familiarem iam tonstrinis aloēn nemo non noscit, virentē semper, quapropter *semperuiuum marinum* vulgo vocāt. Hæc bima trimāq; pensilis in diatarū laquearibus germinat, viuāq; vel eruta solo, diu frondescit: nam hæc gladioli, vel potius scyllæ folia gereret, nisi latiora essent, & tenaci lentore sequacia, necnon ex obliquo truncis spinulis exasperata, & maiori interuacante spatio striata, retrouersūmq; conuexa. Caulis exit antherici similis, circa medium rutilescens, flore candido, femine hastulæ regiæ, radice in defixi pali speciem exeunte. Serit eam Asia in turbinibus cadorum vt sedum maius. A marinis partibus ad nos frequentissimè defertur, sed solo credita nunquam comprehendit, imò breui carie confecta demoritur, licet in tabulatis propēdens plerunq; biennio vitam proroget. Fuere qui traderēt in Iudæa supra Hierosolymā fossilē & metallicam inueniri sed improbam, id quod in operis sui vestibulo Dioscorides statim præfationem auspicatus it inficias. Quidam caulem ante feminis maturitatem incidunt succi gratia. Aliqui & folia quoq;. Inuenitur & per se lachryma adhærens. ergo pauimentandum vbi fata sit censent, vt lachryma non absorbeatur, vel terra stilantem succum ebibat. Duo concreti liquoris ad nos genera deuchūtur. Vnum arenosi, quod sedimētum esse purissimi cognoscitur. hoc officinæ *caballinum* vocant, veterinarijs medicaminibus dicatum, ob id nomen vt arbitror indiderūt. Alterum iocineris modo coactum, *succotrinum* vocant. ea quàm optime seplasiarijs cognita. Optima censetur pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, & iocineris modo coacta. Efficaciorē esse, si pota ea sumatur cibus, Plinius adfirmat. Paulus contrā mane tradendam præcipit aloēn, noxæ taxans eos qui vesperi propinent aut secundum cibum. Hoc enim modo lædit corrupēs alimentum, excrementosam alui proluuiem exigit, & bilem detrahit flatuam. Porrò cum omnia quæ ventrē deijciunt medicamenta stomacho negotiū exhibeant, sola aloē ipsum iuuans confirmat. Paulus autoritate Rufi fretus memoriæ prodidit, singulari remedio pollere aduersus pestiferæ luis cōtagia populatim grassantia, positionē quæ caperet aloēs & ammoniaci thymiamatis, id est suffimenti binas vtriusq; portiones, myrrhæ vnā. ea in vino odorato trita dimidij cyathi modo sumi debent. Quotidie omnes hoc potu vsi sese à pestilenti cōtagione, vt Rufus inquit, asseruerunt, ac integra incolumitate superstites euaserunt. Hæc commentarijs nostris inseruimus, quòd Arabes Rufi verba in sensum lōgè diuersum detorserunt, crocum pro ammoniaca gutta, nescio qua ducti ratione, substituentes, catapotia ex aloë, croco, & myrrha concinent, eamq; commentitiam compositionē ac interpolatam Rufo referāt acceptam, cui & formā & vinum odoratum, perperam Afrō freti ingenio, dempserūt. Aloidarum recētioribus, Orisbasio, Philagrino, Aëtio, medicina fuit ad ventrem soluendum. Erit ergo optima pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, & iocineris modo coacta, facile liquefcēs: improbanda nigra, & dura, arenosa quoq;, quæ & gustu intelligitur. Gummi adulteratur, & acacia. Natura eius spissare, dēfere, & leniter excalfacere. Vsus eius, aluum soluere. Confirmat etiam stomachum, ad eò vt non infestet vlla vi contraria. Bibitur drachma: ad dissolutionem verò stomachi in duobus cyathis aquæ tepidæ vel frigidæ cochlearis mēsurā, bis tēve in die ex interuallis, vt res

exigit. Purgationis etiam causa plurimum tribus drachmis. Fluentem capillum continet cum vino austero capite in sole contra capillum peruncto. Dolorē capitis sedat temporibus & fronti imposita ex aceto & rosaceo. Si dilutior infundatur, oculorum vitia omnia sanari conuenit, priuatim pruriges, scabiem genarum: item insignita & liuida cum melle illita præsertim Pontico: tōsillas, gingiuas, & omnia oris vlcera, sanguinis excreationes, si modicæ sunt denarij pondere ex aqua: sin minus, ex aceto pota. Vulnerum quoque sanguinem & vnde cunq; fluentem sistit per se vel ex aceto. Vlcerata ad cicatricem perducit. Eadem inspergitur genitalibus virorum exulceratis, condylomatis, rimisq; sedis, aliàs ex vino, aliàs ex passo, aliàs sicca per se vt res exigit. Hæmorrhoidū sistit abundantiam. Dysentericis infunditur, si difficilius concoquantur cibi. Bibitur à cœna modico interuallo, & in regio morbo tribus obolis ex aqua. Purgat interiora cum mellis decocto aut resina terebinthina. Digitorum pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur, vt quod sit arenosissimum subsidat, aut torretur in testa, pennaq; subinde versatur vt æqualiter torrefiat. Dioscoridi dēfat & rescicat corpora, aluum resoluit, somnū conciliat, stomachū purgat binūm cochleariorū mensura ex aqua frigida vel egelida, excreationes sanguinis inhibet. Regiū morbū discutit ex aqua tribus obolis, aut certe denario. Cū resina verò aut aqua, aut melle, & mellis decocto cit ventrem. Magnifice purgat interiora si drachmis tribus pilulæ deuorentur. Mistra vacuatorijs medicaminibus, quæ vacuando sunt, innocentiora ea stomacho facit. Vulneribus glutinandis sicca respergitur. Vlcerata cohibet & perducit ad cicatricem. Eadem exulceratis virorum genitalibus, & ruptis infantium puerorū præputijs medetur. Condylomata, rimasq; sedis ex passo sanat. Hæmorrhoidum abundantiam & sanguinis eruptiones sistit. Digitorum reduuias tollit. Sic liuores & fugillata cum melle delet. Priuatim scabras lippitudines, angulorumq; pruriges lenit. Dolorem capitis sedat temporibus & fronti perlita ex aceto & rosaceo. Capillum fluentē continet cum vino. Tonsillis, gingiuas, & omnibus oris vlceribus ex melle & vino prodest. Oculorum medicamentis torretur in testa candenti pura, pennaq; subinde versatur vt possit æqualiter torrerī. Lauatur vt quod est arenosissimum subsidat, tanquā inutile & leue ac pinguisimum assumatur. Gummi eam impostores adulterāt, quod facile gustu intelligitur, amaritudine, atque odoris vehementia, eoque argumento quòd digitis friata non resoluatur in frustula vel ramenta. Non desunt qui permisceant acaciam.

¶ Absinthium.

Cap. XX.



Absinthij genera sunt plura, vulgare Galli *aluynam* vocāt, frutex est insigni amarore præditus, caule ramoso, folijs incanis, multipliciter sectis, aureo flore, partu rotundo, racematim cohærente. Ponticum hoc etiam cognominant, quòd à Ponto veniens cæteris multo sit præstantius, vbi pecora pinguescunt illo, & ob id sine felle inveniuntur, longeq; Italico amarius, sed medulla dulcis. Carent felle, vt Plinius tradit, qui eo vescuntur in Ponto. Herba hæc inter paucas vtilissima, sacrisq; populi Romani peculiariter celebrata. Siquidem Latinarum ferijs quadrigæ certabant in Capitolio, victorq; bibebat absinthium, sanitatem eo præmio dari honorifice

arbitratis maioribus. Huius folia pueris dabāt veteres in fico, vt amaritudinem fallerent, vel illitis melle vasculi labris. Quem ritum Lucretius ad philosophiæ præcepta transferens, his carminibus est complexus,

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes

5 Cum dare conantur, prius oras pocula circum

Aspirant mellis dulci flauoq; liquore.

Aliud genus est marinū, quod seriphium vocāt, cuius ramum Ifiaci sacerdotes pro oleagino termite solenne habēt præferre. herba est fruticosa, prætenuibus cirris, paruo similis abrotono, exiguo semine, prægnānsq; subamara, stomacho inimica, graui odore, linguam astringens & leniter excalfaciēs. Huius semine medici tinea, vermibus necem moliuntur, ob id *semen contra lumbricos* vocant. Nostrum vulgus *barbotinam* appellat, nonnunquam quoq; *mortem vermium*. Officinæ ijs norunt appellationibus. Porrò tertium absinthij genus quod in Alpinis Galliæ secus Santones nascitur, dictum à loco, vbi plurimū gignitur, Santonicum, 15 gentili regionis huius vocabulo, quod est absinthij simile, sed longè minus, copioso scatens semine, aliquantæ amaritudinis. Hoc apud nos hac specie cernitur, fruticosis caulibus, lentis, tenuibus, folio Pontici vel vulgaris absinthij, longè pluribus segmentis digesto, candicante, aureo flore, comis largiore seminio summatim onustis, mitiore multo amaritudine. Nomen apud nos retinuit. Galenus sexto simplicium erroris Pamphilum arcessit, qui ab abrotono mentionem herbarum auspicatus, censet herbam esse, quæ Romanis Santonicū appellatur, qui error à Galeno Dioscoridis autoritate refellitur. Magni siquidem interest inter abrotonū, & Santonicum. Abrotonum folius sexus discrimine, maris dico & foeminæ, contentū est: absinthium longè ab eo diuersum, in treis species degenerat. Vnam generis vocabulo vocant absinthium, cui maxime Ponticum simile est: alteram Santonicū: tertiam seriphon. Vulgare minus calfacit, & astrictionis multæ sit particeps: minus cæteris speciebus extenuat, nō minus tamen resiccat. Santonicū gentilitiū regionis nomen in qua nascitur retulit, plurimū apud Santones provenit. Proximi seriphon ingenij, sed inefficacioris aliquanto, minus calfaciendi, siccandi, extenuandiq; munere pollet. Porrò seriphū minus abrotono, plus absinthio calfacit, stomachoq; faceffit negotiū, & cum quodam salis gustu amarum sentitur, paucissima quoq; donatum acerbitate: Santonicum stomacho aduersatur. Solum igitur absinthiū, sed præcipuè Ponticum, acerbitate plurima stomachū demeretur, ipsum corroborans. Illud tamen notatu dignum occurrit, Santonicum à Dioscoride & Plinio absinthio similis describi quàm marinū, quod seriphion vocant: contrā, marinum abrotoni potius, quàm absinthij figura ab eisdem demonstrari. Recentiores tamen herbarij contrariū audent decernere, marinū siue seriphion docentes absinthio quàm abrotono similis: Santonicū abrotoni potius quàm absinthij faciem referre. Nec ab 40 re profecto id videntur contendere, quoniā id quod passim secus mare in litoribus inuenitur, sapore falso, folio candicante, nihil temere cum abrotono nactū est commune. Verum placitis antiquorū potius hærendum cēsuerunt, qui hæc notarunt discrimina: præsertim cum Galenus testetur seriphium & conspectu, & gustu absinthij consimile, sed minus linguam astringere, & maiorem ciere calorem absinthio, & cum gustu non insulso amaritudinem resipere. Cypriū ab-

finthium in primis Hippocrates commendauit. Præstantissimum quod in Pon-
 to, Cappadocia, monte Tauro traditur nasci. Astringit, excalfacit, bilé quæ sto-
 macho aut ventri cohæserit expurgat, vrinas molitur. Crapulam præsumptum
 arcet. Inflationes, dolorésq; ventris, & stomachi finit, cum feseli, & nardo Gal-
 lico potum. Fastidia discutit, appetentiam excitat vel intermortuam. In regio
 morbo madefacti eius dilutum, aut decoctū salubriter bibitur, per singulos dies
 cyathis tribus. Menses cum melle sumptum deuocat, aut appositū. Strangula-
 tis fungorum esu subuenit ex aceto. Aduersatur & ixiæ venenis, & contra cicu-
 tam in vino, muris aranei morsibus, & draconi marino. Anginis succurrit cum
 melle ac nitro. Epinyctidas ex aqua sanat, fugillata & oculorum caligines cum
 melle discutit. Auribus si manat sanies cum aceto tritum infunditur. Dentiū au-
 riūmq; dolores decoctum vaporis suffitu tollit. Doloribus oculorū decocti suc-
 cus oblinitur: item ilibus, præcordijs, & iocineri tritū cum cerato Cyprino, & ad
 stomachi vetustos dolores subactū cum rosaceo: cum ficis autē & nitro in pol-
 line loliaceo sorbetur. Aquæ inter cutē lienosisq; subuenit. Transfit sapor eius in
 vinū quod vocāt absinthiten, quo ad antè dicta in Propontide & Thracia vtun-
 tur, modo febrim nō sentiāt: alioquin in æstate propinant, acceptāmq; vino huic
 incolumitatem referunt. In parsum vestiarijs absinthium ea ab erodentium in-
 iurijs vindicat. Culices eo & oleo perunctis abigit & arcet à corpore. Atramē-
 tum librariū ex diluto eius temperatum literas à muribus tuetur. Quæritur &
 succus expressi totidem effectibus pollens: attamē potionibus improbatur, sto-
 macho & capiti dolorem adferens. Amurca succum hunc adulterant. Vetus-
 simo in v su est, herba inter paucas vtilissima. Stomachum corroborat, & ob hoc
 sapor eius in vina transfertur. Bibitur decoctum in aqua, & postea nocte & die
 refrigeratum sub dio, decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in cælestis
 aquæ sextarijs tribus. oportet & salem addi. Tritum, vt aiunt, raro in v su est, si-
 cut & succus expressus. Bibitur & madefacti dilutum. Exprimatur autem cum
 primum semen turgescit, madefactū aqua triduo recens, aut siccum septē die-
 bus: deinde coctum in æreo vase ad tertias, decē heminis, in aquæ sextarijs qua-
 dragintaquinq; iterūmq; percolatum (herba eiecta) lentē coquitur ad crassitu-
 dinem mellis, qualiter ex minore centauro quæritur succus. Sed hic absinthij
 inutilis stomacho capitq; est, cum (vt tradunt) sit ille decoctus saluberrimus: nā
 stomachum astringit, bilémq; detrahit, vrinam ciet, aluum emollit & in dolore
 sanat. Malaciam stomachi & inflationes, cum exiguo fili & nardo Gallico, addi-
 to aceto discutit. Fastidia abstergit, coctiones adiuuat. Cruditates tollit cum ru-
 ta, pipere, & sale. Antiqui purgationis gratia dabant cum marinæ aquæ veteris
 sextario, feminis sex drachmis, cum tribus salis & mellis cyatho. Efficacius pur-
 gat duplicato sale. Quidam in polenta dedere supraddictum pondus addito pu-
 legio. Alij contra neruorum resolutionē. Thoracem purgat cum iride sumptū.
 In regio morbo bibitur cum apio aut adianto. Aduersus inflationes calidū pau-
 latim sorbetur ex aqua: iocineris causa cum Gallico nardo. Aduersatur fungis
 ex aceto: item ixiæ, cicutæ ex vino, & muris aranei morsibus, draconi marino,
 scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum passo impo-
 nitur, fugillatis cum melle. Auribus decoctū vaporis suffitu medetur: aut si ma-
 nat sanies, cum melle tritum. Vrinam & mēses trahunt tres quatuorve ramuli, 45